

1498 Rector for co





BIBLIOTECA

Pere Marés Oriol

R.478577

POLYBIUS HISTORICVS  
DE PRIMO BELLO  
PVNICO ET PLV  
TARCHI PA  
RAELIA.



**V**EREOR Ne qui me putent antiqua nimium conjectari: si cōmentaria primi punici belli perscribere: ac obscuratā iam pridem illarum rerū memoriam: in hac demum aetate nostra reuocare in lucem aggrediar: Presertim cum multa noua sint: quorum noticia integrior extet: q̄ cum dignitate: ac laude mandari posse litteris uideātur. Mihi uero diuersa penitus sentētia fuit. Quo enim antiquior erat res: quoq; interitui proximior: eo magis innouatione indigere puta ui. Ut frugi patres familie inuetustis aediū facere cōsueuerunt. Esse uero nouiora q̄ dā quæ mandari litteris cum dignitate possint nō equidem inficias eo. Nec si qs eā sibi laudem parauerit reprehendo: Verum quæ tandem aduersus me q̄rella est: si uetus me: ut uina magis delectat? Evidem fateor nō tam cupidus Orpheum ut poētæ tradūt Euridicis amore infernas adiisse sedes: q̄ ego (si spes modo aliqua offera tur) antiquos illos p̄stantissimos uiros intuendi: ad ultimas penetrarim terras: quos quia oculis intueri non licet: quod secundū est: mente & cogitatione libens cōplexor: Resq; ab illis gestas in q̄bus huius seculi decus & gloria cōtinetur oībus esse cognitas q̄ maxime opto: quæ mihi cā fuit hæc ipsa cōmentaria scribenda. Ut autē huius belli plenior noticia sit ab ipsis ut ita loquar incunabulis scriptores eius: auctoresq; recēsebo. Sic enim & propositū meum probabilius apparebit. Bellum punicum primū multi nostrorum græcorumq; scripserunt. Præcipue tum auctoratis Fabius pictor: uetustus sane auctor ex nobilitate romana. Eodemq; fere tempore Phylinus carthaginēlis græcis litteris idem bellum explicuit. Quorum uterq; patriæ affectus suæ: ac studio partium iductus: & si nō circa rei gestæ seriem: circa belli tamē cas iustitiaq; excessisse modum putatur. Phylinum deinde Polybius megalopolitanus annualium conditor secutus est: Fabium autem: e nostris plures: sed p̄cipue claritatis Liuius patauinus romanæ pater historiæ: Cuius libri si extarent nihil opus erat. nouo labore. Cum uero hæc pars operis eius interierit: nullaq; fere huius belli notitia nostros apud hoīes haberetur: cōmotus ipse ob maiorum nostrorum gloriam: ne rerum tā p̄clare tāq; magnifice gestarum memoria deperiret: quātum solerti lectione polybii cæterorumq; græcorum cōsequi potui: Cōmētaria eius belli p̄cōi utilitate suffeci: illa moderatione adhibita: ut nihil quod nō probatum a superioribus esset: Huic operi insererem: & tamen nō ab uno sumerem ut interpres: sed a multis sumpta meo arbitratu referrem. Tempus aut̄ huius belli uigintiquattuor annos fuisse cōstat. primumq; in eo romanos Italia cum exercitu egressos. Primūq; Classenses: Primum etiam mari Præliatos:

Polybius Historicus de primo punico bello ex græco in latinū traductus per Leo-  
nardum aretinum virum elegantissimum. Fœliciter Incipit.

LIBER PRIMVS.



RIGO Primi punici belli quod populus Romanus aduersum Carthaginenses terra: mariq; enixissime gesit: Ex Mamertinorū in sicilia nouitate prorupit: de qua dicere aggrediemur Paulo alius pro rerum natura repetentes. Campanorū magna olim manus sub Agatocle duce in sicilia militauerat: Hi messanæ situm: & opulentiam admirati: & cupidine eius potiūdæ capti: de occupāda Vrbe consilium ineunt: per amicitiā: ergo intra moenia recepti: ut primum tēpus rei patrandæ uisum ē urbē amicam & fidei eorum creditam ex composito inuadūt. Ciues nil tale opinantes subita cæde adorti: magna ex parte trucidant: Reliquos urbe agroq; depellūt. Matres familias & uirgines ut cuiuscq; libido fuit: item p̄dām et agros inter se partiūtur. Ita faciliter pulcherrimæ: opulentissimæq; urbis cōpotes facti in ea cōsederunt: Huius impuniti sceleris haud lōge postea imitatores reperti sunt: in reginorū urbe messanæ propinqua: Quo enim tpe Pyrrhus epyrotarū rex i italiam primo: mox in siciliam copias traduxit. Conterriti Ciues regini ob regis aduentum: populi romani p̄sidiū postularūt. Missa ab romanis legio una urbē aliquā diu tutata ē: fidemq; erga socios religiose seruauit. Sed cum longior accessisset mora exēplo mamertinorum pellecti: urbem & ipsi inuadunt. Ciues alios cædūt: alios pellūt: fortunas reginorū inter se partiūtur: Utq; maleficio cōiuncti erāt: sic etiā societate & foedere cū mamertinis iunguntur: Has reginorū calamitates: etsi grauiter ferebat populus romanus: tamē q̄diu bellū uiguit dissimilādo quieuit. Cōfecto autem bello & uictoria parata romani scelus militū suorū ulcisci p̄perantes: regiū obfederunt: ac tandem expugnauerūt. Ad quattuor milia militū tanti facinoris cōscia intus erāt. Eorū maxima pars dum acrius ob metum supplicii restitit: in ipso ardore captæ urbis per iram cæsa. T recenti solū uiri in ptātem redacti qui e uestigio romā missi i foro uirgis coesi: & securi percussi scelerati facinoris poenas dedere. Vrbs & agri itemq; cætera prius ammissa reginis q̄ a cæde superfluerant a romanis restituta. Et regii quidem occupatores hunc finē habuere. Mamertini uero: (sic enim se Mamertini se nuncupabāt:) Cāpani q̄ messanam inuaserāt: q̄diu legio romana regium possedit auxilio eius freti: aduersus Siciliæ ciuitates se facile tutabātur. Oppressa mox legione & urbe reginis redditu destituti eo auxilio: ināximas difficultates & ipsi inciderunt ex huiusmodi cā. Non multū ante id tps Syracusanorū copiae aduersus eos q̄ rem publicā tenerent infensæ: duces p̄ seditionem sibi creauere: Arthemidorū: & hieronem: qui postea rex fuit. Is erat tunc admodū adulescens: Cāterū sublimis animus: & generosa quædam indoles in adulescēte eminebat: Qui cura exercitus ac rerū gerendarū suscepta: cū tandem in urbem stipatus armatorū cateruis, introislet. ac ciues diuersæ factionis in eius uenissent potestatē Ita clemēter ac modeste uictoria usus est: Ut populus syracusanus etsi plurimū infensus iis qui exercitus per seditionē fecerāt: tamen conspecta hieronis uirtute: eandē potestatē adulescenti tribueret. Hieron igitur exercitus primo mox & Syracusani populi honore sublatus: constitutim maiora animo concipere capit: quod ab initio cōsideratibus ex actis eius nō erat obscurū. Principio enim ut quotiens opus foret copias in expeditionem educere. ac ipse abesse sine moētu posset: Leptinem uirū potentem domi et multitudinē Lepitius hieronis socius



per gratū accepta in matrimonium eius filia sibi sacerū aſciuit. Sic enim fidum urba  
narū rerū parauit custodem: ne quis per absentiā eius insurgere: aut multitudinē sol  
licitare posset: Hæc domi prouisa: foris aut cū sciret copias syracusanorū (cōductus  
miles hic erat) sediciosas esse: rerūq; nouarū auidas callido consilio in mamertinos  
educit: non longe a centoripa cū obuiā haberet: hostis conductū militem oēsq; ue  
teranū exercitū in fronte locat. Ipse cū Syracusanis equitibus urbanisq; copiis lon  
gius substitit: quasi alio itinere: hostes aggressurus: hanc itaq; falsa auxiliū fiducia cir  
cūueniri ab hostibus primā aciem passus: ubi eam cædi plane undiq; & interceptā  
cōspexit: Ipse diuerso itinere abiens: Syracusanos in columnes oēs reduxit. Cōducto  
rū uero militū aciē in medio hostium trucidandam reliquit. Quæ pene ad interne  
tionem cæsa est. ac sediciosus quisq; ut uoluerat in ea pugna necatus. Liberatus per  
hunc modū ueteranorum molestia: nouo ac fido milite reparauit exercitum: ac ubi  
olbus rebus satis structus paratusq; uisus est. In mamertinos superiori uictoria ella  
tos expeditionē non amplius simulatā inducit. Profectusq; cum his copiis ad lon  
ganū amnē. ingēti p̄lio cū Mamertinis cōflixit. In ea pugna optimus quisq; Mamer  
tinorum oppedit: plæriq; eorum duces impotestatē hieronis uiui puenerunt. His re  
bus cum syracusas uictorē exercitum summa gratulatiōe oīum reduxisset. haud du  
bio fauore syracusanorum sociorumq; rex appellatur. Factus igitur per hunc modū  
rex. hostes maiori nixu p̄mebat. Mamertini uero primum romanæ legionis auxilio  
ut supra ostendimus deinde hoc graui p̄lio afflitti: quoniā hieronis potentiae se re  
sistere posse diffidebant: diuerso consilio: alii ad carthaginēses cōfugiebāt: eorūq;  
quidam p̄sidium tutelæ gratia in arcem induxerāt. Alii ad populum ro: conuersi ut  
se urbemq; susciperet p̄cabantur: Et p̄ualebat sane apud Mamertinos romani po  
puli nomen: q; ipsi italici generis orti nostris potiusq; externis salutē suā creditā uo  
lebant. At romanis perabsurdum primo uidebatur: qui modo in legionē suā ob oc  
cupatum cōtra fidem regium tam seuere aīaduertissent eos mamertinis eiusdem sce  
leris affinibus opē ferre. Itaq; p̄tracta aliqdū res est insenatu: uariantibus patrum  
snīs. Tandem quia honestas aduersus utilitatē pugnare uidebatur: rem infectā sena  
tus dimiserat. Nō destituerū tamē. Mamertini q; romā uenerāt: p̄cari sed fautoribus  
qbusdam freti: rem ad plebem detulere: puicitq; tandem apud multitudinem utilita  
tis ro: Periculosem enim uisum est: urbē tam p̄pinquā carthaginēsibus abiicere: gra  
uēq; eorum uicinitatē suspicabantur fore. Iam enī plus nimio carthaginēsium pate  
bāt opes: q̄ppe nō affrica mō: sed etiā quædē hispaniæ loca ui & armis subacta car  
thaginēsium parebant imperio. Insulae p̄terea oēs sardonii tyrrheniq; maris Ma  
gna insup siciliæ pars carthaginēsium erat. Venturā aut totam in eorum p̄tatem ni  
si quis Mamertinis auxilium ferret: haud ambiguum putabatur. Messana enim susce  
pta confessim aduersus syracusanos nequaq; potentia pares bellum erant gesturi: ac  
breui tpe q̄cqd reliquum erat siciliæ subacturi. Hæc igitur cogitans. po. ro. ac neces  
sarium sibi ratus. Messanam seruare. ne a carthaginēsibus undiq; Italia cingeretur.  
Neu quasi pontem quoendam ad inuadendum haberent: Auxiliandū Mamertinis  
decreuit. Cum ergo id placuisse Appius Claudius Consul traducere copias in sici  
liam. & Mamertinis opem ferre iussus profectionem parabat. Mamertini autem de  
populi romani decreto certiores facti: carthaginēsium p̄fectum qui in arce, positus  
erat in cautum circunstunt: eumq; una cum p̄sidio urbe deiiciunt: Post hæc iam li  
berius Consulem ro. per crebras litteras ac nuntios conuocant. At Carthaginenses:

Appius Claudius consul in  
mamertinis auxiliū

postq̄ intellexerunt p̄fidio eorum a mamertinis pulso romanos uocari: ira simul & carthaginis in pr̄sidium  
metana urbt dicitur  
indignatione accensi: p̄fectum pr̄sidii: q̄ eius culpa atq; ignauia arcem amisisset: i  
crucem sustulerunt: Mox raptim coactis copiis mari & terra aggrediuntur. Classe q̄  
dem pellorum statione posita. terrestribus aut̄ copiis: haud procul messana castra  
metati urbem pr̄mebant. Accessit quoq; ad Carthaginem uiolentiam Hieron  
syracusanus: qui tempus plane adesse ratus: quo Mamertini ueteres hostes penitus  
delerentur inito cum Carthaginensibus foedere: ac socius belli factus: suo & ipse  
milite: suisq; castris alia ex parte Messanam obsedit. Ita binis per terram hostiū ca  
stris: mari aut̄ classe Mamertini obsidebantur: Inter hæc Appius Claudius Consul.  
ratibus ex neapolitanis: ac cæteris sociorum maritimis ciuitatibus. (Nondum enim  
po.ro. Classem ullam habebat) ex plebescito acceptis: per silentium noctis exercitu  
imposito Messanam aduehitur: traiectoq; celeriter freto in columnes oēs copias an  
te urbem exponit. Hæc prima exercitus populi ro. profectio extra Italiam fuit: pri  
musq; mari ingressus. Cum ad eam diem cætera omnia bella intra Italiam gessisset.  
quingentessimum iam post urbem conditā annum: in hætruscis & samnitibus: cæte  
risq; finitimis populis domitandis occupatus. Expositis ergo in sicilia copiis: & in  
tra messanam urbem inductis: consul nec tutum sibi exercituiq; nec satis e dignita  
te. populi ro. obsidionem perpeti ratus (quippe non terram modo uerum etiā ma  
re undiq; hostis habebat urbiq; imminebat) Cōmeatus oēs intercludebat. pace pri  
mo res cōponere si qua posset: ea uero si negaretur freto: q̄ primū decernere decre  
vit. Maxime uero e dignitate populi ro. uisum est ante oīa de pace agere. Nam fœ  
dera cū Carthaginensibus s̄pius ad eam diē renouata extabat: per quæ etsi licebat  
po.ro. Mamertinos in amicitiam fidemq; suscepisse: tamen humanū uidebatur pacē  
nihil pr̄sertim habiturā nocumēti offerre: Seruata enim mamertinorum libertate:  
Syracusani item in suis finibus consistentibus manus erat. po.ro. Carthaginem  
formidanda potentia. Missis igitur super his ad Carthaginenses: Hieronemq; lega  
tis: Cū utriq; pacem longe aspernarētur (quod reliquū erat) Consul milites cohō  
ratus aduersus hieronem & syracusanos educit. Nec hieron qđem detractauit certa  
men. Sed obuiā Consuli egressus aciæ structa dimicauit. Pugnatum ē aliqdū æquo  
marte. Tandem uero plii is exitus fuit. Vt romani uictores magna parte hostiū cæ  
sa: regem nudatū poene oībus copiis: usq; i castra persequerētur. Cōpulsis in castra  
hostibus: romani spolia legerunt & in urbem se receperūt. Hieron aut̄ metuens nō  
Castrensis mō: Verū etiā urbanis rebus: proxima nocte deserris castris syracusas  
concessit: Carthaginēses quoq; auxilio hieronis nudati. percussisq; metu militibus:  
& uirtutem romanorum plus æquo formidantibus: soluta cōfestim obsidione: nō  
ultra castris fidem hēntes per Siciliæ urbes: quæ ipsorū infide erant diuiduntur. Cō  
sul paucis post diebus hostium agros cum legionibus ingressus: usq; ad syracusarū  
moenia longe lateq; populatus omnia. Vbi nemo obuiam prodibat. Messanam co  
pias reduxit. Hæc ut gesta erant per litteris consulis romæ nunciata: maiori spe pa  
tres plebemq; extulere ad bellum siciliæ capescendū. Itaq; M. Valerium: & C. Octa  
cillum sequentis animi consules cum duobus consularibus exercitibus: magnisq; so  
ciorum auxiliis: in siciliam mittunt: Aduentu horum consulum quoniam pr̄ter su  
periorem uictoriam duplicatum populi ro. exercitum duosq; consules pro uno uer  
sari in sicilia conspiciebant. Pleraq; mediteraneæ ciuitates: quæ infide carthaginen  
sium fuerant: ad romanos defecere. Hieron autem siciliæ populus metu proculso:

& simul hostium viros auctas cernens: multis rationibns præstare duxit si qua fieri posset romanorum partes sectari. Qua consideratione inductus missa ad Consules legatione agere de pace coepit. Consulesq; omnes siciliæ portus carthaginensiū erant nequādo intercludi cōmeatus possent ad eam rem per opportunam syracusanorum amicitiam uti: oblationem regis non inuiti acceperunt. Tandem uero pax hieroni his ferme cōditionibus data. Ut rex Captiuos oēs romanorum sociorum q; sine p̄cio dimitteret. Vtq; talenta insuper argenti centum romanis penderet. cōmeatus exercitui auxilia ad bellum subministraret. Ipse rex socius & amicus populi ro. appellaretur. Has cōditiones romā delatas populus romanus iisdem quibus cōsules ratiōibus motus & simul quia magna pars belli sublatum iri uidebatur cupie-  
tissime confirmauit: Post eam pacem hieron cōmeatus & auxilia quoties opus fuit subministrando in populi ro. tutela: usq; ad finem uitæ foelix græcorum omniū for-  
tunatusq; regnauit. Carthaginenses uero cum intueretur hieronem syracusanorū re-  
gem mutata fortuna hostem ex socio factum: romanorum autem in dies nomē au-  
geri. Validiori ad resistendū potentia opus esse rati: lygures & gallos magna multi-  
tudine plures & hispani generis in supplementum scripsere. Quibus in siciliam tra-  
ductis. Aggrigenti sedem belli: caputq; suarum rerum in sicilia constituunt. oppor-  
tunitate urbis pellecti q; ea maxime in fronte aduersus hostes capacissima multitu-  
dinis & munitissima erat. In hanc igitur urbem cōtractis undiq; copiis magnaq; ui-  
portata horreo simul ac belli arce aduersum romanos utebatur. M. Valerius & C.  
Octacilius consules sœdere: cum hierone icto & ciuitatibus quæ a Carthaginensi-  
bus defecerat in fidem acceptis: nihil aliud fere memoria dignum in sicilia cum ges-  
sissent: circuacto anno e prouincia decessere. Post hos creati Consules L. postumi-  
us & Q. Amylius i siciliā ueniunt: hi susceptis ab antecessoribus copiis: primo ad  
uentu: demū administrandi belli cū inter se consultaret: placuit audaciisq; supiores  
fecerat consules incumbere: nec iam leuia consentādo aut diuisio pluribus locis bel-  
lo: sed ambos simul consules oībus copiis: Aggrigētinum ipsum poenorum caput  
ac belli arcē inuadere: ut siue nō recusaret hostis cōfestim iniret pugnā: siue recusa-  
ret inclusum mœnibus obsiderent: Profecti igitur eo consilio aggrigētinum co-  
pias admouerunt. Carthaginēses autem munitionibus urbis cōfisi: ac totius rei di-  
scrimē subire nō ausi ante mœnia militem continebant. Nec aduentantibus roma-  
nis copiam pugnandi facere: Cōsules igitur nō longius nouem ab urbe stadiis ca-  
strametati cum posteris diebus hostes intra mœnia crebris prælitionibus compu-  
lissent obsidere urbem pergunt: Non ignari magnam uim frumēti a poenis iam an-  
tea congestat: sed confisi q; amplius quinquaginta hominum milia itra mœnia ob-  
sidebantur: eam multitudinem quāvis magnam uim annone uideri absumpturam.  
Coepita igitur obsidione: & aliquādiu iam protracta cum per singulos ferme dies  
inter stationes romanorum & mœnia urbis: leuia diu taxat prælia fierent: nec ho-  
stes quanq; amplius molituri crederentur: accepta est pene quodam die insignis ca-  
lamitas: Maturæ segetes erant. Miles q; diuturnam obsidionem suspicabatur fore  
frequentior egressus ad segetum raptus properabat. Studium rei frumentariæ ua-  
cufecerat poenē castra. Vagus per campum eques sine ordine sine duce uolitabat.  
Hæc cōspicatus Hánibal Carthaginensium dux. Is enim aggrigento: copiisque præ-  
erat: magnam in spem uenerat omnem romanorum exercitum ea die opprimenti pos-  
se. Itaque armari extemplo copias iubet: Vrbeque repente egressus: non leuibus ut

Hironi pax a R. Rodatus

L. posthumus et Q. Amylius  
in consilij

Aggrigētinis obsecsis

Hánibal carthaginensis

solebat præliis: sed iusta acie in statioes romanorum defertur. Oppressis subito im  
petu stationibus: magnaq; cæde ædita: pars in castra eodem impetu ruens fossas im  
pleret uallum rescindere cæpit: pars instrumentatores uagos: palantesque delata ma  
gnam per campos cædem ædebat: & in castris quidem ægre resistebatur. In campis  
uero pulsi romani necubi cōsistebant. Poenus uictor ubiq; iſultabat. Sed uirtus pro  
fecto cum sæpe alias: tum maxime ea die rem romanam tutata est: Cōsules enim cū  
pluribus simul locis uallum rescinderetur: nec defendere castra possent: eruptione  
subito facta: non solum hostes auertere a uallo: sed eos insecuri procul fugarūt: Et  
qui pro campum agebantur eruptione suorum intellecta recurrere ad castra coepe  
runt. Itaque raparatis uiribus numeroq; ad aucto: poenos qui castra oppugnauerāt  
usq; ad moenia persequuntur. Inde in eam partem qui palantes inuaferat couersi to  
tis campis præcipitem agunt. Cædes ea die romanorum poenorūq; tanta fuit qđ  
pe uterq; inuicem uictusq; extiterat: ut iusta utrinque acie pugnatum uidere  
tur. Cæterum tantus utrosque mætus ex huius diei periculo inuasit: ut neq; cōsules  
post hac temere militem abire frumentatum paterentur: neq; Carthaginenses impe  
tum in castra romanorum amplius facere auderent. Itaque æquato utrinq; moëtu ali  
quādiu quieuerunt. Cum itaq; hi qui obſeffi erant non amplius in romanos exi  
rent. Consules diuīſo exercitu: alter ad esculapium templum: alter diuersa regiōe ur  
bis ex ea parte quæ ad heradiam spectat castra mouere: inde ab imis castris ad alte  
ra castra dupli uallo: & fossa ab utraq; parte urbem cinxere: per media autem lo  
ca crebra castella excitarunt: ac præſidiis militum firmarunt. Commeatum exercitui  
romano sociæ ciuitates in herbesum oppidum summo studio congerebant. Ex eo  
rursus oppido (Neq; enim longe aberat) milites percomodo receptum ferebant in  
castra. Quinq; per hunc modum menses romani Carthaginensesq; manserunt: neu  
tram impartem re inclinante. Tandem uero cum necessaria propter ingentem multit  
udinem breui defutura apparerēt. Hannibal penesquē summa imperii erat: rebus  
iam diffidens crebris litteris Carthaginem missis circumuallatiōem urbis: & rerum  
necessiarum defectum quo obſeffi præmebantur nunciabat: auxiliumq; ferre mo  
nebat. Quibus tandem litteris permoti carthaginenses: magnum exercitū magnūq;  
elephantorum numerum in Siciliā transmiserunt: Hānonēq; cū his copiis ferre ob  
ſeffis auxilium iuſſerunt. hinc iam durissima obſidentium conditio reddebat: Nā  
ſi Hānoni nouoq; exercitui obuiam procederent: obſidio tam diu protracta: ac  
iam pene ad extremum producta irrito labore erat deserenda: Sin perstarent in ob  
ſidione Hāno cum exercitu uagari impune per siciliam: socias ciuitates opprimere  
commeatus impedire poterat: re in cōſilio discussa: Placuit tandem cōſulibus haud  
quaq; abscedere: Sed quasuis facultates ut urbe potiantur perpeti. Hāno igitur cum  
his copiis quæ nouiter delatae in siciliam fuerant: apud eridiam constitit: Ibi inten  
tus rebus gerēdis cum omnia sagacissime scrutaretur: si qua soluere obſidionem ua  
leret. Tandem herbesum oppidum quod horreum exercitus populi romani ad eā  
diem fuerat: per prōditionem recepit: facultatemque commeatum romanis ademit.  
Cum nihilominus perstarent in obſidione consules: statuit hāno quo magis facul  
tatem importandi commeatus præcideret: Castra proprius admouere. Itaque her  
beso profectus aduersuū castra romana exercitum duxit. Anteq; inconspectum ue

nissent numidas equites ad lacerandum irritandumq; hostem præmittit. Ipse cum elephantis quinquaginta ac reliquo exercitu sequebatur. Numidæ igitur ut præptum erat: q; tumultuarie ad castra delati: cum equitatum omnem in se concitassent: simulata subinde fuga: terga uerterunt: romanosq; audacius infecutos in ipsum uenientem Hannonem præcipites traxere. Hic repente omnia pœnorum agmina in romanos equites circūfunduntur: multosq; interficiunt. Reliqui effuso cursu castra repetere: coacti sunt. Hanno usq; ad ipsa prope castra fugientes infecutus: tandem reuocatis suis in colle qui toros dicitur: non longius fereq; mille passibus ab hoste castigatus: commeatum importari omnino prohibebat. Ex quo plane accidit nō magis post hac ab romanis carthaginenses: q; romanos ipsos a carthaginésibus obfideri. Inter Vrbem enim & castra Hannonis inclusi: inuicem præmebant: & præmebantur: nec difficultas sane rei frumentariae dispar. Quippe paruo admodum commeatu: ab hierone syracusanorum rege: at eo ipso cum summo discrimine sustétabatur: qui tamen non nunq; sic defficiebat impediente Hannone: aditusq; intercedente: Ut demum ea ui coacti consules deserturi obsidionem uideretur. Nec solum cū rei frumentariae defectu. Verumetiam cum ipsis prope diis ab romanis pugnatum: Tanta enim pestilentia exercitum inuaserat. Ut cateruae languentium passim iaceret: magnus defunctorum numerus per singulos dies offerrentur: Id uero grauitate cæli q; loca sunt pleraq; in ea regione palustria & diuturniori exercitus incubatiōe pautumni tempus euenire constabat: peruicit tamen in his difficultatibus ferocia cōsulum: qui cūcta dura atq; aspera ferre: potiusq; irrito conatu desistere constituerat. Et Hanno quidem penuriam ac pestilentiam qua hostes præmebantur: cernens copias in aciem non deducebat sperans consules tandem necessitate coactos obsidio nem suluturos. Leuia tantum prælia per singulos fere dies inter utraq; castra promptissime ædebantur. Duobus mensibus per hunc modū absumptis cum supra spem obstinacius romani prostarent. Et Hánibal multis atq; crebris per noctem ignibus necessaria in urbe defficere: nec multitudinem ppeti famē posse significaret: Permotus tandem his de causis Hánio: & simul qui fame atq; morbo maceratos romanos facile superari posse confidebat: in aciem copias eduxit. potestatemq; pugnandi fecit. Nec sane consules nimis coacti ob eas quas supra retulimus difficultates pugnare cupiebant. Itaq; ut aciem hostium structam conspexerunt: parte copiarum ad remendum obsecros si qua prumpere conarentur: relicta: cæteram multitudinem aduersus Hánonem educunt. Signo dato cum acriter inter se concurrissent: præliū diu atrox fuit. Tandem romani maiori conatu adnixi primam. Carthaginensium aciem loco mouerunt: motaque in elephantos præcipitem egerunt: belluæ uero contritæ in suos ruentes: tota agmina turbarunt: per eorum stragem subsecuti centurionem ac signa acrius inferentes ad extremum terga uertere pœnos coegerunt: Profili gatosq; infecuti magnam eorum partem interfecerunt: Hanno cum reliquis effusissima ad heracliam fuga se recepit: Consules elephantis fere omnibus qui prælio interfuerant captis: hostium insuper expugnatis castris commeatu & impedimentis direptis: plenissima deniq; uictoria potiti: in castra copias reduxerunt. Nocte quæ infecuta est cum propter ingentem letitiam ut in magna uictoria euenire con-

20. et quindecim

romanis ab hannoni obſi-  
deſine

Carthaginensia 20. uic  
contine

suevit: tum etiam propter laborem superioris prælii negligentius ab romanis cu-  
stodiæ fierent: Hannibal desperatis rebus tempus ad salutem suam suorumq; ap-  
tissimum ob eas quas supradiximus causas cōiecturatis: intempesta nocte cum his  
copiis quas aggreditini habebat egressus: ad munitiones hostium silentio perue-  
nit: ibi idoneum nactus locum fasibus manipulisq; pallearum æquatis aggeribus: ne  
mine penitus sententie. cum suis omnibus in columnis euasit. Id tanto silentio factū  
est: ut non prius e romanorum castris quisq; sentiret: q; iam plane dilucesceret: Sub  
primam uero lucem cum id romani factum intellexissent: insecuri hostium uestigia  
paucos tardius iter facientes postremo agmine interfecerunt. Mox reuersi ad castra  
ad urbem capiendam nullo iam repugnante contendunt. Signa portis infesta infe-  
rūt. Exercitum omnes intra moenia inducūt. Vrbem locupletem & omni præda re-  
fertam diripiūt. Septimo tandem mēse postq; obsideri coeptum erat: in populi ro-  
potestatem agricētum peruenit: tanto sudore militum: & tolerātia ducum: ut ea ob-  
sidio inter paucas quæ nunq; fuerit laboriosissima numeretur: Militi præda omnis  
a consulibus concessa. Romæ autem postq; nūciatū est fusos prælio carthaginēses:  
& urbem captam in populi ro. potestatem uenisse: sublatis patrum simul: plebisq;  
animis maiora iam agitabantur. Nec aut mamertinos messanāq; seruasse: aut cartha-  
ginēsum opes in sicilia contriuisse sat putabant. Sed maiorū rerum spe concepta:  
pœnos omni sicilia pellere cupiebant. Sic enim nō tutum modo uerum etiā glorio-  
sum sibi notminiq; romano existimabāt fore. Auctoritatēq; & famam apud exte-  
ras nationes maiorem in modum augeri. Quoniā uero huius belli cōmētaria scri-  
pturi sumus: idq; maxima ex parte in sicilia gestum est: totum uero ut ostēdimus p  
sicilia susceptum: necessarium nobis uidetur. De situ eius insulæ deq; populis qui il-  
lam incolūt: quæ ab antiquis tradita sunt hoc loco referre. Constat enim nullā fere  
toto mari insulam clariorem celebratiōrēq; fuisse: Sicilia eodē se fere modo ad ita-  
liam habet: quēadmodum peloponessus ad aliam graciā: nisi q; hæc parno admo-  
dum freto ab italia dirimitur: illa parua admodum terra ad cæteram graciā conti-  
netur. Forma uero siciliæ trianguli quodāmodo speciem habet: Anguliq; ipsi toti-  
dem promotoria ad extremum cōficiunt: a quibus Trinacriam poetæ illā appellāt:  
Horum qui in meridiem uergit: águlus: & insiculum protēditur pellagus pachinus  
uocatur: acrassitudine aeris: ut nōnulli auctores sunt: nomine idicto. Qui uero ad  
Septētriones spectat eum uocant pelorum: hic fretum quod inter siciliam italiāq;  
æstuosissimæ interfluit ab occasu claudit: sinistroq; sui latere tyrrheno mari finem  
imponit. Nec fere plus distat ab italia q; mille quingētis passibus. Tertius angulus  
in lybiam ac hyemalem uergit occasum. Spectat autem maxime in ipsam carthagi-  
nēm. Nec fere plus abest a littore affricæ: q; milia passuum cētum uigintiseptem.  
Hic Angulus sardonicū pellagus: a Siculo diuidit. Appellatur uero Lilybeus. Tria  
sunt igitur totius siciliæ latera: unū quod ad lybiam exponitur: atq; huius extrema  
sunt: a supiori q; pte Pachinus: ab inferiori uero Lilybeus. Ab his rursus duo latera  
cōtinuo se se coartantia ad italiā tēdūt. Hæc lōge a leuco petra i unū coeūtia pelo-  
rū efficiūt águlū. Cæterū hæc duo latera: quæ ad italiā coeūt: frequētia urbiū por-  
tuūq; nobilitate lōge iclita sunt. Supiori enī q; fere ad graciā oriētēq; spectat sole:

Hannibal cū omnib; suis  
in columnis euadit

siciliæ situs ac forma  
Trinacriam un  
Pachinus un.

Siracusæ Cachina Tauromenium: & Messana. Inferiori uero qd tusco abluitur ma  
ti Panormiū: Drepanum Lilybeum clarissimæ urbes existunt. Nam tertium illud la  
tus quod ad lybiam expositum diximus: totum fere importuosum: habet tamē ur  
bes Camerinam Heracliam Seluiūtam. Aggrigétum Antiquissimi omnium siciliæ  
populorum incoluisse illam dicunt. Cyclopes & lestrygones. Quorum origo ne  
quaquā clara est. Vtpote a poetis magnisq; historicis memorata. Sicani post hos si  
ciliam habuere: quos alii indigenas eius perhibent: alii (quod uerius ac probatius  
est) ex hispania uenisse tradūt: sedibus patriis extorres: quæ illis circa Sicorim am  
nem fuisse dicunt: indeq; aligdis pulsos in siciliam transisse: Ab his sicaniam primo  
uocitatem eam insulam ferunt: cum ante trinacria diceretur. Post hos uero siculi ex  
italia magno exercitu in siciliam traiecere. Fuerunt autem Siculi uetusstissimi italiae  
populi: longoq; tempore domi potentes: ab eorumq; rege italo: italicam nomina  
tam perhibent: hi ratibus per propinquum fretum in siciliam transuecti: sicanis &  
cateris eius insulæ cultoribus quos supra retulimus bello domitis: non iam sicania  
sed siciliam eam insulam nominauerunt. Optimosq; & feracissimos agros in ea te  
nuerunt. Sicanos autem in extremas siciliæ partes ad meridiem & occasum uersas  
pepulere. Fuit autem transitus Siculorum in siciliam trecentis fere annis: priusq; nā  
ulla græcorum ciuitas in Sicilia constitueretur. Confecto deinde troiano bello: il  
lioq; euerso: troiani quidam profugi nauibus in Siciliā aduecti finitima Sicanis in  
coluerunt loca: atque in his urbes condidere: Ericem & Segestam. Fœnices insu  
per mari potentes pleraq; circa Siciliam promontoria incoluere: & insulas omnes  
quæ sunt inter affricam & Siciliam quas mercaturæ gratia frequentabant. Hæ qui  
dem gentes & ab his profectæ locis & nunc Siciliam incolunt. Alii uero eius insu  
lae cultores plurimum græci sunt. Qui unde orti & quibus temporibus in siciliā ue  
nerint deinceps aperiam. Primum omnium græcorum calcidenses cuboia pro  
fecti duce Theoclide Naxum urbem in Sicilia cōdidere: quæ postea thauromeniu  
appellata est. Anno deinde post Naxum conditam secūdo. Chorinthii duce Archia  
qui fuit unus heraclidarum. Siciliam nauibus aduecti: siracusas pulsis ex ea urbe si  
culis occurūt: Coloniamq; suæ gentis in eo constituerunt. Erat tūc solum ea siracu  
sarum pars mænibus cincta quæ insula uocatur. Et hæ siculos habuisse cōstat.  
Mox crescente multitudine aliae subinde partes ad urbem sunt additæ: quoad  
eam quæ postea fuit magnitudinē acreuit: Hæ duæ primæ græcorum urbes in sici  
lia fuere. Sunt autem ab ea parte quæ est inter pachinum & pelorum. Quinto de  
inde post siracusas anno theodes & calcidenses e naxo profecti leontinos & Ca  
thinam urbes superatis prælio sicolis pulsisq; ex his locis condidere. Coloniasque  
suæ gentis in eas deduxere. Per idem fere tēpus Lanus quidā megarensis: nouos co  
lonos in siciliam duxit. Consedit autem apud pantagium amnem oppidumq; con  
didit nomine portilum: inde post aliquod tēpus a leontinis pulsus: aliud oppidū  
incoluit nomine tapsum. Eo subide mortuo Megarēses ex tapso profecti: hibleos  
occuparunt. Ibi cum annos quinq; & quadraginta supra ducentos incoluissent: a  
Gelone siracusanorum rege sedibus pulsi sunt: eorumque urbes euersa. Sed anteq;  
euersa foret: annos circiter centum: noua ex megaris accita manu. Selinētem ur  
bem pulsis ex ea regione fœnicibus condidere, Celas deinde rhodius & Anti  
famus cretensis communi inter se iuncti foedere: coloniam suarum gentium in

Cyclopes. Lestrygones

Sicani

Sicaria nū

Siculi

Italia nū

Siciliam

Ericem segesta in troianis  
coditae

Naxum seu thauromeniu  
agbus coditū

Siracusas corinthiorum colonia

Leontinorū et cathinæ  
coditio

Lanus Megaris

portilum a quibus coditū  
Tapsum

ficiam deduxerunt. Vrbemq; posuerunt nomine Geliam: Regio tamen ipa & agri  
in qbus sita ē urbs: lindii appellatur. Deducta est aut ea colonia anno quinto & qua  
dragesimo postq; corinthii siracusas habuere: nomēq; est urbi inditum a Gelia flu  
vio. Post Gelā uero cōditā anno octauo supra cētelimū geloi isti aggreditū cōdide  
re. Principes uero indeducenda colonia cōdēdaq; urbe Agrigento fuisse perhibe  
tur Aristonis & Pistillus. Nōne uero aggrienti ab amne qui præterfuit urbi indi  
tum est. Per idem fere tēpus cumani (q; ciuitas est Italæ a calchide orta) in Siciliam  
prædatoris nauibus traiientes zanclam occuparunt Siculosq; ex ea Vrbe pepule  
runt. Et coloniā suā gentis a cumis & calchide in eam deduxerunt. Principes uero  
indeducenda fuerūt Riheres cumanus: & cratimenes calchidēsis: zancla uero a for  
mæ similitudine nominata ē: quod sicularū lingua falcem significat. Piores igitur  
zanclæ cultores postipulsos siculos a cumis & calchide fuerūt. Sed posteris tempo  
ribus multitudo hominū a famo ac cætera ionia medos fugiens in Siciliam uenit:  
Cumanisq; & calchidēsibus pulsis zanclam ipsi incoluerunt. Nec multo post id tē  
pus Anxillas reginorū tyrannus Samios inde pepulit zanclamq; ueterem urbē euer  
tit: nouāq; nō longe ab his locis posuit: quā messanam nūcupauit: atq; ex mixto ge  
nere hominū compleuit. Itaq; lingua in ea urbe obtinuit mixta iter ionicam & do  
ricam. Messanam uero ab antiqua patria sua cōditor appellauit. Sita est aut unius  
diei iter longe a zancla. Adheserūt quoq; his locis: Siracusani quidam exules p se  
ditionem patria pulsi: qui melchide uocabātur. Hi cum postea omnes a mamerti  
nis pulsi sunt: quos fuisse campanos supra docuimus messanā occupasse. Acræ ue  
ro & casmenæ oppida a Siracusani condita sunt. Acræ quidem septuagesimo anno  
post Siracusas. Casmenæ aut uigesimo post Acras conditas. Camerina quoq; sira  
cusanorū colonia fuit deduxerūt eam dascon: & menecolos anno. c. xxxv. post sira  
cusalis a Corinthiis occupatas. Sed cum postea rebellassent camerinēses ab ipsis si  
racusanis euersa est camerina. Restituit post illā gelas tyrannus siracusorum colo  
niamq; in eam iterū duxit. Et haec rursus a Gelone tyrranno euersa est. Idem ipse q  
euenterat postea restituit: & nouos colonos pulsis ueteribus posuit: he ciuitates  
græcorū usq; ad tēpus pelloponessiaci belli in sicilia fuere. Ex quibus factū ē sem  
per nouis aduenis qbusdam in ea insula p̄potentibus: ut Sicani & troiani primo a  
Siculis pulsi in unum cohirent: communiq; nomine elinii appellaretur: locaq; inco  
lerent ad carthaginem uersa: fœdere quoq; & amicitia cum faenicibus iuncti. Et po  
stea Siculi ipsi a græcis ualidioribus superatis ac plerisq; locis pulsi mediteraneam  
duntaxat Siciliæ regionem ad italiā uersam retinerent. Carthaginensium deinde  
potentia maiorem imodum aucta foenices iterum insurgentes græcis fere omnibus  
& Siculis dominabātur: quoad mamertini post occupatam messanam cuiusq; neca  
tos cum a hierone bello p̄merentur: ex his quas supra memorauimus causas roma  
nos in Siciliam superduxere. Romani igitur primū fuso hierone rege mox in amici  
tiam recepto. Agrigento isuper capto: & hostibus magno plio superatis statuerūt  
omnino carthaginensium potentiam e Sicilia dedere. Quare eo proposito acrius  
incubentes. L. Valerium &. T. Octacilium sequentis anni consules: magno militum  
delecto habitu in Siciliam mittunt: Carthaginenses autem insuperabiles romano  
rum uires ac propositum belli cernentes: terrestribus copiis non amplius con  
gredi: sed maritima potentia qua plurimum pollebant incumbere statuerunt. Ma  
gna igitur parata classe: cum sine ulla controversia mari dominantur nō solum

maritimas siciliæ einitates in fide cōtinebāt: sed diuersum littus aduecti. Italiæ oras  
crebro populabantur. Atq; ita quodammodo æquatū erat bellum romanis terra:  
Carthaginēsibus mari p̄ualentibus: huiusc rei argumētū fuerit: q̄ post expugnatū  
aggrigentū multa siciliæ mediteranea oppida. ob metū exercituū ad romanos de-  
fecerant. Post aduentū rursus classis non pauciores maritimæ urbes mātu potētia  
adductæ: carthaginiensibus se dediderant. Ita par utrinq; ratio belli existebat: nisi q̄  
affrica qdē expers oīno clādis. Italia nōnunq; hostiū incursionibus uexabatur: Hac  
igitur cernens. po. ro. classem parandam & aduersus carthaginēses mari cōgredien-  
dum: quādo aliter nullū finem habiturū certamen apparebat: necessitate quodam-  
modo adductus cogitauit. In quo maxime quis admiretur populi. ro. generositatē  
& incredibilē magnitudinem animorū: homines enim maritimū rerū penitus ru-  
des: aduersus Carthaginenses mari exercitatissimos qbus iā inde a maioribus par-  
ta: & ueluti hereditaria relicta erat naualis potentia gloria: & principatū maris cō-  
cessione omniū per id tēpus obtinebant classemq; agnā habebant: ipsi sine ulla  
classe: sine ulla nauibus: sine experientia deniq; ulla: naues raptim facere mari una  
progredi properabāt: nihil interesse putantes terra ne an mari aduersus hostē con-  
grederentur: Hac igitur cupiditate incēsus populus. ro. cētū & uiginti nauium clas-  
sem ædificādam curauit. harū uero centūquinq; remes fuerunt: reliquæ triremes. In  
huius classis apparatu maxime difficilis fuit quinq; remiū confectio: quoniā huius  
temodi nauigiis nemo per id tēpus in italia utebatur. Nec erat qui eorū ædificatio-  
nem teneret. Cæterū una Carthaginensium quinq; remis: quæ dudū apud messanā  
a Claudio consule excepta fuerat: exēplar eius generis faciendi præbuit. At hāc in  
spiciētes fabri quinqueremes ædificarūt. Dum naues siebant in terra multitudo ru-  
dis ad remū exercebatur. Exercitatio eiusmodi erat: Subseliis in harena p ordi-  
nem collocatis remiges insidētes ad uocē p̄ceptoris brachia reducere: ac remos p  
arenā mouere docebātur. Iam. C. Cornelius & C. duellius consulatū inierāt. Classis  
cornelio: terrestres in silicia copiæ Duellio obuenerāt. Itaq;. C. duellius in Siciliā p  
fectus exercitu a superioribus cōsulibus accepto: q̄ ad bellum pertinebat terra ad-  
ministrabat. Cornelius aut̄ parata classe & in mare deducta: cum hoīes aliquādiu in  
aqua exeruerit: ipse cum sexdecim nauibus messanā contēdit. Reliquam uero clas-  
sem iuxta italiæ oram subsequi iussit. Cum messanā peruenisset consul: ac ea quæ ne-  
cessaria erant pro tēpore parauisset negociis poscētibus easdem habens naues Lyp-  
paras nauigauit. Lypparae insula intusco mari sita nō longius a sicilia: q̄ milia passuū.

Per idem tēps Carthaginensium Classis panormi consistebat. Præerat autē  
illi Hánibal quem ducem apud aggrigentum fuisse ostendimus. Is igitur cognito  
aduentu consulis. Bonodem quendam ex senatu Carthaginensi hominem cum ui-  
ginti nauibus circum ea loca dimisit: qui noctu lypparas superueniens: naues roma-  
nas in ipso portu nactus inclusit. Cornelius subito malo circunuētus cum quid age-  
ret: quo ue se se uerteret haud satis constituere posset: inter spem et terpidationē in  
colloquiū euocatus fraude punica itercipitur. Ut enī i colloquiū uenit cathe næ illi  
iniecta sunt: & p captiuo adductus: Ita sexdecim romanorū naues una cū romano cō-  
sule abducēs ad Hánibale q̄ panormi cū reliqua classe erat: magna cōfecta res Bo-  
nodes reuertitur. Arrisit hoc initio fortuna Carthaginēsibus uidebatur: sed pau-  
cis post diebus q̄si i alterutro eludens nō dissimili classe illos affixit. Hánibale enī  
nō tā errores captiui cōsulis p aliena exēpla reddiderat cautorē: q̄ extulerat secūda

P. o. cōtra carthaginēs  
classem parant

C. cornelius & C. duellius  
consulē

Lyppara  
Hánibal cōth. classis p̄-  
ficiū

Cornelius cōsul a p̄oemis  
captiui

res: & ad fiduciam animi erregerunt. Itaq; cum audisset reliquā romanorum classēm  
secus Italiae littus nauigantem siciliæ appropinquare: cupiens ordinem structurāq;  
hostium cernere: qn̄ quaginta nauibus e sua classe delectis Italiem petiit. Ibi cum per  
orā Italiae cōtrario q̄ romana classis cursu ferretur: in eam iprouiso incidit. Circunda-  
tus ergo ab hostibus ac subita ui oppressus: naues fere oēs amisit. Ipse quoq; inter-  
ceptus ac plane inclusus cum iam p captiuo haud dubie haberetur: pter spem suam  
atq; hostium iter manus delapsus: tandem cum paucis suorum euasit. Romani hic pri-  
mum Cornelij consulis aduersum casum & amissionē nauium apud lypparas: ipsis  
carthaginensibus q̄ captiui erant referentibus cognouere. Itaq; cōpēsata utrinq; cla-  
de: & merore lātitia permixto. iter cōferre i siciliā pperarunt: ne desperatis forte re-  
bus ciuitates ad Carthaginēses deficerēt. Cum ergo in siciliā peruenissent. C. Duel-  
lium alterū cōsulē quē in sicilia pfectum supra ostendimus: sui aduētus certiore fer-  
re: eiusq; iussum expectare ostenderunt. Consul q̄ mari potius: q̄ terra cōgressus  
Carthaginenses putabat. Quippe iam pridem ut docuimus terra cedentes rei naua-  
li innitebantur: cura exercitus tribunis militum comissa. ipse ad ea loca in qbus clas-  
sis romana erat contendit. Cūq; nō longe abesset hostiū classis. ac futurū pliū appa-  
ret ad certamen se se uterq; parabant. Romanorum ualidū qdem sed tardæ & ad  
celeritatē parū cōmodæ erant naues. Carthaginēsum uero celeres et ueloces. Huic  
igitur pti metuentes romani: quo ludificādi facultatem pripiat hosti: coruos quos  
possent reuocare singulis aptat nauibus: ea fuit machina in hunc modum structa: li-  
gneū robur in prora destinabatur longitudine quattuor ulnarum. Latitudine ue-  
ro trium palmorum. Sup id robur tabulæ inherētes scalas cōficiebāt: quarum erat  
latitudo pedum q̄ttuor. longitudine ulnarum sex: hæ rursus ab utroq; latere genu ad  
usq; munitæ erant. In harum uero extremo ferrum erat in mali formā acutum Anu-  
lusq; insup fune illigatus iminentem machinā sustētabat: ut ergo adherebat hostiū  
nauis laxato fune scalæ dimittebantur: ferrum pōdere ac ui roboris sup hostilē na-  
uem delapsum figebatur. Sed aduersa prora erat: milites bini p scalas descendebāt.  
duo primi scuta pferentes deniq; subinde latera scutis ptecti. Sin aliqua erat hosti-  
lis nauis in eam coherētē ex tota simul naui desiliebatur. Ita ludificandi facultate p-  
repta pedestre stableq; certamē hostes certare cogebātur. Structis paratisq; oibus  
qbus ad pliū opus fuit. Cōsul aduersus hostes pugnaturus nauigauit. Carthaginē-  
ses p id tps nō longe a Mylis stationē habebāt: q ut aduentare hostes intelleixerūt:  
magna affecti lātitia: q̄ maritimarū rerum experiētia se longe p̄stare: nec in ea re si-  
bi pares eē romanos arbitrabantur. Centum & triginta nauibus aduersus hostes i  
altum feruntur: tanto contēptu: ut ad p̄dam se: nō ad pugnam proficiisci iactaret. Ut  
ergo appropin quarunt inter se classes machinæ in singulis proris conspectæ aliq-  
diu incertos p rei nouitate pœnos tenuere. Tandē quicquid id foret omnino sper-  
nentes ruditate: imperitiaq; hominum derisa contrariis proris in classem romanam  
feruntur. Romani ut institutum erat coruis repente dimissis ut quæq; obuiam ierat  
nauis colligebant: inde in eam euidentes cominus gladiis rem gerebant. Itaq; Car-  
thaginēsum nauesquæ primæ in romanos impetum fecerant breui capiūtur. Inter  
quas fuit prætoria septiremis: quā pyrrhus epyrotarum rex in italia & sicilia habuif  
se dicebatur. In ea hunc uectus hannibal Carrthaginēsum dux: cum iniecto coruo  
expugnaretur ipse in scapham saluti sue fuga consuluit. Reliqui uero Carrthaginē-  
sum qui aliquo interuallo sequebantur: ut primas suorū naues ab hostibus captas

Hannibal a R. class p̄tra  
interceptus

coruorum structura

nauis pugna

Carrthaginēsis classis a R.  
manū uicitur

intellecere: Ad ludificandi artes conuersi: nō cōtrario impetu: sed obliquo in romanos ferebātur: Per eum nāq; modū uiolentiam coruorū se declinare posse existimabāt: sed cū ita institutæ essent machinæ: ut in q̄uis ptem innuere possent: nil eis proderant artes. Siue enim ex latere siue ex transuerso appropinquarent: continuo coruīs implicitæ ac herere coactæ expugnabantur. Ita captis plerisq; & expugnatis reliquæ tandem in fugā uertuntur. Supra quinquaginta naues in eo proelio carthaginenses amisere: Romani uictores pulsis ac fugatis hostibus rei maritimæ gloriā tunc p̄miū uendicarunt. Hæc uictoria: q̄ grata popu. ro. fuerit honores. C. duellio Cōsuli ob eā postea tributi ostendunt. Nō enim triūphauit mó speciose. Verū etiam post triūphum illi datum est: ut quotiens a coena rediret tibiam sibi ad funale præcineret: ob memoriā rei gestæ: q̄ ipse primum oīum romanorū hostis nauali proelio superasset. Dum hæc mari geruntur exercitus populi ro. quē a cōsule relictū tribunis mandatū ostendimus: magnis inter se contentionibus agitabatur. Sociorum enim auxilia de uirtute & gloria pugnandi cū urbanis copiis disceptabāt. Et paruo orta principio tandem eo contentionis processere: ut socii a romanis discéderet: ac per se ipsi castra metarentur. Id cum intellexisset Hamilcar qui terrestribus copiis in sicia p̄erat improviso illos aggressus supra quattuor milia sociorum interfecit. Reliq; in castra romana depositis iā contētionibus rediere: Romana classis post proeliū ī segestanā oram nauigauit: Nam segestani qui in amicitiā populi ro. nuper uenerūt: ob eāq; rem a Carthaginēsibus obsidebātur. Eo cum peruenissent: ro. cōfestim hostes fugant. obsidionis periculo socios liberāt. Mox inde pfecti mucellam urbē circūsistunt: atq; expugnant. Extremo eius æstatis hánibal cū his, qui ap̄lio superuerant nauibus Carthaginem rediit. Ibi cum orōnem gestarum ab se in sicia rerū senatui exposuisset: rursus cum classe in sardiniam innititur: iam enim romani eo pfecti. Sardos Corsosq; inuaserant. Cum igitur insardiniam peruenisset Hánibal: bellumq; in his locis aduersus romanos gereret: tandem in portu quodā inclusus Classem ammissit. Ipse tamē solita arte inter hostium manus delapsus euasit: sed mox a suis cōprahēsus et incrucē sublatus occiditur. Proximo de hinc anno nihil dignum memoria in sicia gestū. Creati deinde Cōsules. C. Sulpitius: & Aulus Rutilius. carthaginēses per id t̄ps panormi copias habebant. Itaq; cōsules ut primū in Siciliam traiecere. Panormū confestim profecti: structa ante urbē acie cum ptātem pugnādi hostibus fecissent: nec illi cōtra educeret: pugnāq; detractarēt: rursus inde mouētes hyppanā oppidū aggressi tandem expugnarunt. Mutistratū quoq; licet maiori aliquā eo militum labore ab iisdē cōsulibus captum. Post hic in Camerinēs (hi paulo ante defecerant ab romanis.) exercitus ductus. Eorum quoq; urbs machinis: et tormētis expugnata capit. Capta est & ab iisdē cōsulibus Ethna: & alia quædā siciliæ oppida: Lyppare quoq; ab iisdē cōsulibus obseßæ. Per idē fere t̄ps alia naualis pugna iter romanos et Carthaginēles cōmittitur. Aulus enī rutilius q̄ Classem romanæ p̄erat: apud tindaritanos stationē hēbat. Is carthaginēsū classem nō longe alittore cōspicatus extēplo suas naues cōscendere: ac se propere seq̄ in hostem iubet. Ipse celeritate puectus cū decē solum nauibus lōgis ante aliā classem ī altū defertur: eo cōfisus q̄ hostes parū cōposite parūq; structe iter facere uidebātur. Cum itaq; appropinquasset hostium classi: subito illi cōuersi incredibili celeritate romanorū naues circūsistunt: ac primo ipetu nouē submergerunt. Pretoria dūtaxat nauis in qua rutilius ferebatur Celeritate freta & ui remorū euasit. Inter hac reliqua classis. romana

C. duellio cōsuli honores  
nō. R. tributi

Hannibalis: Rutilius  
C. Sulpitius. & Aulus  
Rutilius consi.

A. Rutilius cōsul carth.  
classem superat

in altum delata obuios excepit hostes: hic post magnū certamen romani decē Carthaginensiū naues plānas cāpere: octo mari submersere. Reliquæ naues fuga arrepta in lypparas: ut ab initio instituerāt se receperē. Cāterū ex eo p̄lio ac opinione utriq; euaserūt: ut primas uictoriæ partes sibi īpīs uindicarēt. Romani q̄ maiorem nauī numerū cāpissent: q̄ deniq; hostem fugassent: Carthaginēses q̄ nouē romanorū naues primo impetu submersissent: q̄ inferiores numero totā classē romanam aliquādiu sustinuissent: his accensi studiis maiora parabāt. Romae interea sāpe in senatu: sāpe etiā apud plebem agitatū est: nūbellum transferre in affricam p̄sta ret: facilem enim descēsum & imbelles libiæ populos esse cōstabat. Præterea ut in longe pace omnis generis præda resertos agros. Ea res trāsserre illo bellū hortabātur. Et ab sicilia facilius detrahi: carthaginēses posse domi iniecto periculo uidebātur: q̄ si in sicilia ipsa certaretur: his rationibus tandem consulibus p̄missum: ut si id ē re pu. existimaret fore copias in affricam traducerēt: bellumq; ab Sicilia in lybiam transferrēt. Ad hoc classis paulo amplior illis decreta quinqueremiū trecētarum & triginta. Cōsules erant Marcus Attilius regulus: & L. Manilius uiri fortissimi: & in primis bellicarū artiū periti: Hi cum in affrica traducere copias statuissent e messanæ portu: ibiq; nāq; tota classis romana conuenerat: mouētes præter dextrū siciæ latus superato pachinni promontorio Tenomon uenerūt: q̄ in his locis exercitus legionesq; classesq; expectare iussæ postulabātur. At Carthaginēses cognita romanorū uoluntate diuerso ipsi cōscilio bellum in sicilia retinere: & transitū in affrica hostium ipedire cōstituerāt. Ad hoc īpm maiorem classēm: & illi paratā in qua trecentæ: & quīquaginta naues erant: Lilybei cōtinebant. Cū ergo his qui traicere in affricam: illis uero phibere propositū esset: atq; ex eo certamen haud dubie appāreret futurū. Romani delectos milites in nauibus collocaret: qui & nauali p̄lio sufficerēt & in terra affrica expositi bello gerēdo idonei forēt. Cūq; eq̄tes quoq; portandi essent rates cōplures quibus equi traiicerēt ad classēm traducuntur. Paratis tandem oībus naues cōscēdūt. Singulis qnq; remibus trecēti remiges: & legionarii milites cētū uiginti iponebātur. Eum numerū carthaginēses pariter romaniq; seruabāt. Fuerūt aut̄ i classe romana hoīum milia supra cētū & q̄draginta. Carthaginēses uero delectos solū ad nauale p̄liū hoīes classi īposuerāt: Horū tamen multitudo fuit supracētū & qn̄quagīta milia. Quarū rerū magnitudinē: nō mō p̄sens q̄s & cernēs uerūtiā audiens obstupecsat. Totā romanā classēm quadriptito cōsules diuiserāt. Harū singulæ p̄tes duabus appellationibus uocitabātur: prima qdē ps prima acies: & prima classis. Secūda item ac tertia eodē mō. Quarta uero & postrema ut ipedestri exercitu triarii appellabantur. Forma & structura tocius agminis in speciē trianguli fuit. Cuius in prima erāt fronte sexremes duæ: quarū in altera. M. Attilius: in altera. L. Manilius ferebatur. Hos prima & secūda classis ab utroq; cornu ad nnam se quebātur: ita ut rostrū cuiusq; secūde: nauis extra respiceret. Per hunc modū dilatatis paulatim aciebus trianguli resultabant latera. Mediū inter has ibat tertiu agmē cui rates equitū erant tributæ. Triarii extremū cludebant. Pariter extenso agmine: quasi basim trianguli faciētes: hæc forma expeditissima: & ad resistēdum aptissima uisa est: Carthaginēses interea ex Lilybeo soluētes heracliam uenerant. Inde conspiciati romanam classēm in quatuor & ipsi partes copias diuisere: Harum tres in altū delatæ: extenso longius dextro cornu: quasi hostem circumuenturæ consistebant. Quarta id sinistrum erat cornu: propter littus astabat: Prioris omnibus in hostem

R. i Africam bellū trāsse  
transferrūt

M. Attilius regulus: & L.  
M. Attilius cōsules

R. classis forma

Hanno & Amilcar carth  
classis ducti  
yonalis engra  
Cohortis classis a Romana  
nicitur

conuersæ: Duces erant carthaginensium: Hanno & Amilcar: Quorum hano cum  
telocibus nauibus ex omni classe delectis dextro præerat cornu. Amilcar uero cū  
omni robore medium agmen regebat. Sic igitur utrinq; structæ cum iam in propin  
quo essent. Carthaginæses magno ac terribili clamore sublato romanos inuadunt:  
Reclamatur ab romanis altissime: nec minus ifeste illis occurritur. Cōsules primo sta  
tim cōgressu tenuem & excēsam hostium aciem nacti: suam uero firmā & cōpositā  
ut ex utriusq; structura ostēdimus: medium poenorū agmen magno impetu perrum  
punt. Illi uero celeritate freti: idq; ab Amilcare primo docti: ut romanorum classem  
disiūgerent ex cōposito cädunt: quo facto prima & secūda romanorū classis cupi  
dus insecuræ longe ab reliquis separātur. Nam tertia qui classis cui rates equitū tri  
butas diximus. Item triarii qui extrellum cludebāt agmen tardius sequebātur. Cū  
itaq; longe disiūcti essent a suis: signo e naui Amilcaris ut ante cōuenerat sublato:  
repente naues hostium undiq; in romanos uertūtur: ac primam & secundā classem  
in quibus cōsules erant circūsistunt. Cōmittitur magnum prælium: ac dubio euentu  
aliquādiu pugnatur. Hānonem dextro Carthaginensium cornu præfuisse diximus.  
Is ubi pugna implicatas conspexit primas romanorū acies: a pellago cum suis nau  
bus cōuerlus triaros inuasit. Cōmittitur & apud triarios atrox præliū. Dūq; hāno  
ni resistūt: tertiu romanorū agmen: cui rates equitū tributæ erāt: aliquāto pcesserat.  
Hæc quoq; quarta Carthaginēsiū acies a littore iuadit. Ita tres nauales pugnæ uno  
in tempore diuersis locis committuntur. In quibus celeritate qui & arte ambiendi  
eludendiq; longe pstabant carthaginæses: sed cum ad manus uentū erat robore ac  
virtute romani præualebant. Numerus aut nauū singulis pugnis erat pene par. Nā  
& duæ carthaginēsiū acies aduersus duas romanorū quæ primo antecesserant &  
aliis in locis singulæ aduersus singulas certabāt: Hic quos clamores quos strepitus  
quos deniq; casus aut horrores fuisse dixerim: tria magna plia: unū sub tps puis in  
ter se diuisa spatiis: telis & gladiis immissione nauium & oī pernicie certantia cōspi  
ciebantur. Multe ubiq; fractæ naues: multæ salo immersæ: uectores naufragos p un  
das effuderāt: alios tabulis: alios remis: multis etiam scutis ipsis annittētes: Rubesce  
bat cruce fluctus. Naves p corpora hoīum iter facere cogebātur. Clamore ac uoci  
feratione cælum & littora resonabant. Versabātur enim in ea pugna naues rostra  
tæ paulominus: q̄ septingentæ pter onerarias quæ aut traiiciendorū gratia equorū  
aut cōmeatus cā secutæ fuerant. Itaq; id nauale pliū structura acierū: & multitudi  
ne nauigiorū: terrestre quodammodo uidebatur. In tāto igitur ac tam atroci certami  
ne: tādem uictoriae initium inde ortum unde pugna incœperat: Cōsules enim am  
bo in prima pugnabāt acie. hi circūdati ab hostibus cū diu egre restitissent: Demū  
cohortati suos: violentia & arbore naues carthaginēsiū perrumpunt: alias capiūt  
alias submergunt. Si quæ naues resistebant in es coruis iniectis milites trāsdebāt:  
ac summa uirtute dimicabāt: proderatq; nō parum q̄ in oculis cōsulū res gereba  
tur. Plura enim milites in pliis faciunt uel ignominiæ moetu uel gloriæ cupiditate: q̄  
uera uirtute. Ipsi quoq; consules tales erant: ut quēuis etiam ignauum ad fortitudi  
nis opera quirent incēdere. Primi oīum pugnas capescere laborantibus succurrere.  
Vbi maius erat periculum ultro se offerre: alios cohortari: alios monere: his bonis  
artibus impigre freti: tādem hostes exuperāt. Fit magna Carthaginensium cædes.  
Multæ eorum naues submergūtur: aut capiūtur: reliquæ sese fugæ mādarūt. M. Atti  
lius regulus ubi prima classe profligatos hostes fugatosq; cōspexit. collega ad eo

M. Attilij & L. Manili  
cosulū di carth. classe nictoria

rum reliquias psequēdas relicto: ipse cum secūdae acie integris nauibus triariis sue currit. Illi ab hānone circūdati iampridē sūmo indiscrimine uersabātur. Aduētu cō sulis triarii audacius resistūt. Consul magno aīo in classem hānonis ruens icredibili virtute hostes inuadit. Fit & hoc loco magna cædes. Naves multæ expugnātur: nō nullæ fractæ: & armamētis nudatæ salo mergūtur. Deniq; ancipiti malo circūuentus hāno: q; a fronte simul & a tergo sui oppugnabātur: fugā arripuit ac celeritate fræ tus in altum defertur. Restabat tertia pugna quæ littori erat p̄xima. In hac romani plurimū laborabāt. Nā & aliquāto hostiū numerus illos circūsteterat: & ita in artū coegerat ut uix explicare se possent. Deniq; iam pridem periissent: ni coruos ueriti Carthaginēses: imittere naues formidassent. Hoc igitur metu ab inuadēdo abstine bāt: sed arte quadā circūseptos ppellere ad littus nirebātur. Nec certe iam lōge abe rānt: nec ulla salutis spes supesse uidebatur. In hūc modū laborātibus uno ferme tē pore. Attilius uictor triariis & Manilius a prima classe diuerso itinere succurrunt. Naciq; in medio hostes: frrquétes eorū naues plenas capiūt. Reliquæ in littus ada etæ frangūtur. Romani tribus maximis p̄liis hostibus supatis: ubiq; uictoria potiti fuerunt. Fractæ sunt in his p̄liis romanorū naues quatuor & uiginti. Carthaginēsiū uero supra trigita. Plena aut̄ nulla a carthaginēsibus capta. Ipsorū uero quatuor & sexaginta romani plenas cœpere. Post hāc pugnam cōsules paucis diebus in Sicilia cōmorati: quas cœperāt naues repararūt: & ad classem adiūxerunt. Frumēto deinde ac cæteris quæ usui sunt ipositis: nullo iam phibēte in lybiā nauigarūt. Mercurii est in affrica p̄montoriū: longe in pellagus cōtra Siciliā protēdens. Eo romana classis primo applicuit. Inde rursus structa atq; parata ad urbē clipeā peruenit. Cōsules nō lōge ab urbe copiis in terrā expositis naues subduxerunt: ac uallo & fossa circūda rūt. Inde ad urbē Clipeā uersi: obsidere illā & opdugnare aggrediūtur. Carthaginē interea ualdetrepidatum fuerat: cū & suos duces nauali p̄lio supatos & romanos uictores aduentare in affricā nūciaretur. Fuitq; oīum opinio. Cōsules recto itinere carthaginē ipsam infestis signis petituros. Itaq; hānonē ppere cū his nauibus quæ reliquæ fuerāt a pugna carthaginē accersitū. Armatis insuper urbanis copiis tutari Vrbē portūq; iusserunt. Sed postq; cognouere expositis in terrā copiis nauibusq; subductis Clipeam urbē a romanis obsideri posito domi metu: exercitū parare ac terra hostibus occurrere statuerūt. Dum copiæ a Carthaginēsibus parantur. Cōsules inter hāc expugnata urbe clipea: p̄sidioq; militū iposito oēs subinde copias in agrū Carthaginēsiū educunt: nulloq; obſidente lōge lateq; regionē populan tur. Villarū ædificia opulentissime ornatissimeq; structa incēdūt: p̄dam oīis generis capiunt. Captiuorū hoīum capita supra uiginti milia ad naues adducunt: his rebus gestis legatos romā mittunt qui expositas in terra affrica in colums copias: etiam captam urbem clipeā ac cætera ab eis facta exponāt: & quæ natura sit locorū: quan te hostiū copiæ q; cōsulū aiū: qbusq; ad bellū sit opus: senatū populūq; edoceāt. Post missos legatos cōsules lōgius cum exercitu p̄gressi: alia subide appetendo lo ea cūcta ferro igneq; inuoluunt. Cōmeatus affatim: ut in urbe solo ac diu pacato aderat. Populi ibelles & ad p̄dam nati militem facile ditabant. Cum hāc esset fortū na rerū: litteræ senatus afferuntur: qbus alter cōsulū cū pte copiarū in italiā redire uidebatur. Alter cum reliq; copiis manere ad bellum in affrica gerendum. Cognita igitur senatus uoluntate & si piculosissimū uidebatur: tam remotis alienisq; regionib; tamq; ualido terraq; mariq; p̄pinquo hostæ copias disiungere p̄lertim cum

magnos delectus habere: & undiq; exercitū cogere hostis nūciaretur: tamen ut di-  
cto senatus parerēt: inter cōsules cōuenit: ut M. Attilius regulus cum q̄ndecim mili-  
bus peditū: & q̄ngentis eq̄tibus: nauibusq; rostratis quadraginta in Affrica ad bel-  
lū carthagini inferendū p̄maneret: Manilius át cū c̄terā classe ac aliis oībus copiis  
in italiā rediret. Hac igitur partitione exercitus facta. Manilius captiuis ac p̄da nauib-  
us ipositis ex affrica soluēs. Siciliā primo mox italiae oram p̄teruectus ad thybe-  
rina in columis hostia puenit. Regulus aut̄ post collegā discessum cū residuis co-  
piarū rursus agrū hostiū ingressus: magna insup clade regionē afflxit. Per hoc t̄ps  
apud Bragadam fluuiū castra habēs. M. Attilius serpentē horrendā magnitudinis  
apud ripas eius fluminis stabulantē balistis & cathapultis oppugnatū occidit. Cu-  
ius postea corium romā delatū centū uiginti pedū longitudinē habuisse qdam me-  
moriæ pdiderunt. Post hāc urbē quā Adin uocat obsidere: & expugnare aggressus  
est. Dum circa illā moratur. Cōsul: Interea Carthaginēses magnis eq̄tum: peditūq;  
copiis: magno insup elephantorū numero cōtractis duces p̄fecerant duos: Hasdru-  
balē Hānonis filiū: & Boscharū. Accersierant quoq; Hasdrubalē a Sicilia quē naua-  
li p̄lio interfuisse memorauimns. Hic heraclia soluēs milia peditū q̄nq; ac sexcentos  
equites Siculo bello exptos carthaginē traiecit: tertiusq; ipse dux additus curā bel-  
li una cū Hasdrubale & Boscharo habere iubetur: Cū de administrando iter se du-  
ces cōsultarent bello. Placuit copias aduersus romanos educere: ac suis q̄ apud adin  
obsidebantur opē fere. Nec tantā uaſtitatem: populationēq; regionis cōtra decus  
noīs īperiīq; sui tolerare. Romani iam ad urbem aggerem egerāt: ac summa ui adin  
oppugnabant. Nec oppidani resistere diutius poterāt. Ob hāc p̄perantes Cartha-  
ginēsum duces: cū oībus copiis p̄fecti: in pximo edito atq; aspero colle castra po-  
suere: ita ut inter castra & urbem romani medii essent. Attilius oēm uictoriae spem  
in elephantis & equitatu habere hostes intelligebat: His enim longe p̄stare: robo-  
re aut̄ legionum ipares esse. Vt igitur hāc eorū spem opportune p̄uerteret minime  
expectādum cēsūt: donec hostiū copiæ in planiciē descenderent: sed uocatis tribu-  
nis & cēturonibus: de secūda uigilia cum duabus legionibus circūire mótem: ac in-  
se q̄ maxie concitare iubet. Ipse uero qua pximum iter erat sub collem cum reliquo  
exercitu succedit. Tribuni ac cēturonies ab Attilio p̄missi cum prima luce móte ife-  
stius ascendere cēpissent: oīs repente multitudo e castris sese obuiam illis effudit.  
Sed neq; eq̄tatus per abrupta ac p̄cliuia loca qc̄q; ualebat: Nec elephantorū opus  
erat ullum. Veterani tātū milites nuper e sicilia cum Hamilcare aduecti e superiori  
loco egregie dimicabāt: legionesq; romanās pedē referre aliquāto coegerant. Ma-  
gna cū uirtute romani adnixi uim ac naturā loci pene superabāt. In eā pugnā intētis  
cunctorū ais: Cōsul repente alia ex parte superato móte p̄pter castra hostiū appa-  
ruit. Cōclamari cēptū est uehementissime a castris: quo clamore cōteriti qui p̄liabā  
tur omisso priori certamine aduersus cōsulem recurrebant. At hii q̄ cū Attilio erāt  
superiore naſti locū facile hostes deiiciunt. Et tribuni legionesq; q̄ mó pedē retule-  
rant: actius in hostē conuersi ab radice montis istabant: ita in medio circūuenti ho-  
stes undiq; cēdebāt. Deniq; magna parte eorū cēfa: reliqui sese per abrupta p̄ci-  
pites dantes euasere. Romani pulsis fugatisq; hostibus: & illorum castris potiti: ad  
urbē quā obsidebant reuertūtur: eāq; sublata iam auxiliū spe confestim capiūt. Post  
hāc Attilius cū exercitu p̄fectus Thimes oppidū q̄ndecim milibus passuū a cartha-  
gine circūstit: atq; expugnat. Apud id oppidū (quoniā opportunissimū bello urbi

Serpens horridus magnus  
dimis

at̄ hamilcart

Carthaginēſt. ab Attilio su-  
p̄ratū

carthagini iheredo uidebatur: Cōsul legiones collocait. Sedeq; ea belli atq; arce uti-  
tur. Carthago enim in pmotorio quodā sita est: in mare ptendēs. Supra urbē uero  
qua id pmotoriu ad ceterā affricā cōtinetur: palus regionem coartat. Ita ut pua ad  
modū planicies iter paludē: & alterū mare relinq̄ter. In his uero locis Thimes ē op-  
pidū qd iter paludē ac littus regionē claudit. Nec plus distat a Carthagine q̄ qndē  
cim milibus passuū: Apud id ergo oppidū cōsistēs. M. Attilius oēm a terra aditum  
carthaginēsibus abstulerat. Nec multū ea res ab obsidione distabat. Carthaginēses  
uero ingētibus pliis mari terraq; ab romanis supati: amissa isup agri pte: & magnis  
cladibus afflitti: exigua spem salutis trahebat. Post nouissimū enim pliū quo ab ro-  
manis fusi fugatiq; fuerat: Numidarū igens multitudo spe rapinarū pellecta: i agrū  
Carthaginēsem pdatū uenerat: a qbus plures ppe clades infligebātur Carthaginē-  
sibus: Sociisq; q ab romanis. Multitudo enim uaga & rapax gnara insup locorum  
oia rimabātur: Fuga simul oium peccorū ex agris in urbē cū tumultu & trepidatio-  
ne oium erat. Ammissio frumento: populatis agris: ipediente insup obsidionis mōetū  
ab romanis fames haud mediocriter p̄mere urbē cōpedit. Tātis afflitti cladibus: nec  
qd agerent: nec quo se uerterent satis apud se cōstituere poterat. Placuit tandem quo  
niā cetera oia extrema uidebātur legatos ad Consulem mittere: si de pace cū roma-  
nis cōuenire posset. Maxime uero ea fiducia ad pacē petendā ducebātur: q̄ longo  
ante id bellū tpe foedera & amicitiae fuerat: inter romanū & Carthaginēsem popu-  
lū cōtracta: ac nuper i pyrrhi epirotarū regis aduētu: magno cōsensu utriusq; popu-  
li renouata. Itaq; hoc fundamēto superioris beniuolentiae p̄fentes discordias facile  
sopiri posse arbitrabātur: quando nō odio neq; acerbitate susceptū erat bellū: Sed  
mōetu quodā maioris potentiae: qua ne cōculcaretur italia romani formidarat. Prin-  
cipes igitur ciuitatis ad id munus delecti: cū ad cōsulem uenissent: agere de pace coe-  
perunt. Multa circa id a Carthaginēsibus legatis dicta: cur pacē cōcedi petētibus  
plētū cupientibusq; p̄staret. Amicitia isuper: & foedera s̄p̄ius iter utrūq; populū  
renouata ex scripto recitauerūt. Et se fidos uetusq; populi ro. socios afferentes.  
Causas autē belli nō ex qbusdā iniuriis: sed inani suspitione cohortas attenuare su-  
spectā cām nitebātur. Quoniā uero in foederū mentionē incidimus utile putamus  
ab initio repetētes foedera ipsa: Vt scripta cōuentaq; fuerat p cognitione rerū hoc  
loco iherere. Primū foedus iter utrūq; populū initum est: statim post Tarqñū regno  
pulsum. L. Junio bruto: &. M. Valerio consulibus in quo hæc fere cōphensa fuerūt.  
Amicitia fore populo ro. Carthaginēsīq; Itē romanorū Carthaginēsīq; sociis. Nō  
natiigare romanos sociosq; romanorū ultra pmontoriū pulchri. Si qs eorū ui coa-  
ctus his locis applicuerit nihil emitto: nōue sumito: p̄terq; ad sacra tiel ad nauigia.  
Intra diem quintū inde abito. Mercimonii cā si aduenerint imunitas esto: p̄ter scri-  
bam & p̄conem. Quot autē p̄sentibus his in affrica aut Sardinia uenūdata fuerūt:  
de his publica fides esto. Si romanorū quis in siciliam uenerit: quibus in locis Car-  
thaginēsis populus iperaret æqua sint oia: Carthaginēses iniuriam nō inferant. Ar-  
deatibus: Ancratibus: Aricinis: Circeis: Taracinenibus: aliis ue latinorū quot parēt  
romano populo. Si qua ciuitas nō paret aliena esto. Si quod oppidū in latio cōpe-  
rint Carthaginēses populo ro. integrū redditio. Nullū in latio p̄sidium ædificato.  
Si perduelles introiret in locis nō pernoctato: hæc fere primo foedere comp̄hēsa  
fuerant. Post hoc aliud foedus initum est in quo additi sunt Tirii & uticenses eius  
foederis uerba fere sunt hæc. Amicitia esto populo ro. sociisq; & Carthaginēsibus

Carthaginēsīs sius

Carthaginēsīs a Regulo  
pacem p̄mittit

Foedera ite Ro. carthaginēsīs  
s̄t̄ḡs ini

tiriisq; & uticensibus ultra p̄montoriū pulchri nō licere nauigare romanis sociisq;  
nec p̄dæ gratia nec mercaturæ. Ne ue qđ oppidū his locis habere. Si qua oppida  
Carthaginēses in latio c̄perint: si ea romanis nō parebāt: p̄da illorū esto: oppida  
reddūto: Si q̄ Captiui abducti ex liberis populis qbus cum sit foedus populo ro. i  
portus populi ro. non adducito. Si qs adductus frerit: si romanis apprehenderit di  
mittito. Idē romani faciāt in his locis qbus Carthaginenses īperāt. Si aquā uel com  
meatū sumpserit populus ro. iniuriā non infero: qbus amicitia sit uel foedus. Si nō  
fuerit priuatus abito. Si uero publice iniuria esto. In Sardinia & affrica nullus ro  
manorū sociorū ue negociator: ne ue oppidū possideto: p̄ter Cibaria uel ad nauigia.  
Si qua ius detulerit: intra qntum diem abito. In Sicilia qbus locis Carthaginē  
ses imperāt. Item Carthagine romanus oīa facito: negociatorq; qđ cuiq; licet. Idem  
Carthaginēsibus romæ ius esto. Carthaginēses iniuriā nō inferūto. Ardeatibus An  
ciatibus: Circeis: Taracineisibus: & cæteris ut insuperiori foedere exp̄ssum est. Post  
hoc aliud foedus inter romanos & Carthaginenses initū est: p̄ id t̄ps quo pyrrhus  
epirotarū rex in Italiā ac Siciliā traiecit. In eo foedere eadem comp̄hēduntur. Dein  
de adiungūtur hæc. Si amicitiā cum Pyrro inierint: faciāt ambo ut anxiliū fere alte  
ruti liceat his qbus bellum infertur. Si Carthaginēses socii ue auxiliū romanorum  
postulabunt: nauigia p̄beāt ad traiiciēdum belligerādumq;. Sin Romani postula  
būt: Carthaginēses mari opitulētur. In terrā uero uti descēdant: nullus compellito.  
Stipēdia uterq; suis persoluito. Hæc erāt foedera inter utrūq; populum. Litterisque  
romæ latinis. Carthagine foenicibus æreis tabulis in publico scripta. Quæ tunc re  
citatētes legati pacē se apud M. Attilium facilius conseq posse arbitrabātur; Consul  
se haud ignarum foederis esse respondit. Atque eo grauius offensum populum ro  
manum: q̄ Carthaginēses bellum q̄ pacem offerente nuper Appio claudio Cōsule  
malluissent. Nam licuisse populo romano Mamertinos liberum populum in amici  
tiā suscipere haud abiguum esse: cum in affrica tātum & sardinia habere: oppidum  
romani ex foedere prohibiti essent. In sicilia autem non essent. Enim uero se ea de re  
disceptationē omittere: quā illi ipsi nunquā iure foederis introduxissent: sed fer  
ro potius conculcadā putassent. Ut autem ad præsentia respondeat pacem se haud  
abnuere quominus petētibus daret. Cæterum esse eius qui det pacem conditiones  
dicere: Itaq; si pacē uelint Carthaginēses: oīa senatus populiq; romani arbitrio po  
testatiq; permittant: Eas laturi leges quæ ab illis p̄scribentur. Id Consulis respōsum  
adeo superbū legatis uisum est: ut confestim reclamarent: quid grauius tādem ad  
extremum uictis foret imperaturus. Inde re infecta abeuntes cum in senatu Cartha  
ginensium ea retulissent: Tanta est indignatio cohorta ut cuncti una uoce reclama  
rent: mortem potius ac extrema omnia eslet subeunda: mentesq; a pacis spe: ad Bel  
ligerādi studium mirifice conuerterentur.

Finit liber primus Polybii. Secundus Incipit.

**R**ESPONSO. M. Attilii Cōsulis: irritatis Carthaginensium animis: & a spe pacis ad studium rei publice. quātum nunq̄ antea conuersis: ut in extre mo euenire solet discrimine: maiora quādam enixiori studio parabā tur. Itaq; duces præficere exercitum reparare copias cogere: summa industria nō cef fabant. Ex Gallia atq; hispania: Item ex Græcia scripti milites quotidie nauibus affe rebantur. Accersierat & Xantippū lacedæmonium rei militaris peritū. Is Carthagini nem cum aliqua manu adductus: percōstanto & scisitando: cum quēadmodū supē rati essent cognouisset: nihil indigne passos Carthaginēses ait: siquidē impite fre ti potentia: a peritis hoībus supati essent. Errat a subide quibus res euerſae forent: quasi disciplinā quandā aperiens docuit. Oportuisse his in locis castrametatos eē: sic aciem struxisse: sic elephatos: sic equitum: sic peditum robur collocasse. Hæc iā stando atq; iterando græca facundia effecit. Vt antiquatis cæteris ducibus: summa rei bellicæ uis sibi mandaretur. Cura igitur exercitus per hunc modum suscep ta: in stituēdo militem atq; exercendo breui composuit: & seruare ordinem: disciplināq; coegit. Tantaq; breui tempore ob huius uiri spem facta. est ecōuerso animorum: nt qui modo ne cōspectū quidē romani exercitus sustinere potuissent: ultro iam po stularent: ut ad hostem ducerentur. Cognito igitur militum ardore Carthaginēses fortunam belli experiēdam rati: aduersus hostem copias dimisere. Ducebat autem Xantippus Carthaginēsium exercitum: nō per colles aut mōtana loca: sed per cam pos. ut prius docuerat. Quod enim equitatu elephantisq; plurimum ualebant: Ea de causa aspera decliuiaq; uitanda: plena uero appetenda illis ostenderat. M. Attilius cognito hostium aduentu q̄q mutatam cōsuetudinem & peregrinam disciplinā superuenisse intelligebat: tamē dimicandi cuiusdus obuiam processit: suaque castra hostium castris q̄ proxime admouit: ita ut spacium non amplius q̄ mille ducentorū passuum interesset. In hac propinquitate Xantippus extra uallū primus copias eduit: potestatemq; puguandi facit. Instruenda acie prima fronte elephatos ad unum constituit. Post hos aliquo interuallo multitudinē urbanam collocauit: Dextro de inde ac sinistro cornu cōductum militem omnēq; robur ueteranorū distribuit. Expeditum quēq; & celerem ab utroq; cornu inter alas equitum pugnare iussit. Cōsul ubi productas hostium copias prospexit: militem & ipse cōfestim producit: aciēq; haud cunctanter struit. Aduersus elephantes expeditos toto exercitu delectos oposuit. Post hos multiplici subsidio aciem firmauit. Signa autem militaria non in fronte sed intra aciem continuit. Equitatum uero in utrumq; diuisit cornu: fuit tota acies in fronte angustior. Cæterum multiplici subsidio firmata: quod ideo prouiderat Consul ne ab elephantis perrumpi agmen posset: Enimuero ut ad uiolentiā ele phantorum utiliter id a consule prouisum: sic ad periculum circumuentionis inuti liter. Nam cum longe equitatus multitudine præstarent Carthaginenses: coartatio ipsa: atque congregatio aciei facilem hostibus circūdandi facultatē præbitura erat. Structisq; utrinq; aciebus: cum tubæ canere cōpissent. Xantippus simul elephatos concitari in romanos simul ab utroque cornu: equitatum q̄ infestissime ruere iussit. Acriter aduersus hoc cōcursum est: ab equitatu romano: & magna uitute ab utroq; cornu inter equites dimicatum. Et aduersum elephantorum vim expediti milites ua lide resistebant. Quinetiam qui in leuo romanorum cornu pugnabant: declinato belluarum impetu in dextrum Carthaginensium cornu ruentes: magnam cædē edi-

b iii



derunt: ac tādem in fugam ab ea parte iersus hostes usque in castra persecuti sunt: castraq; ipsa oppugnare coeperūt: Dum hi circum castra morātur: interea uarie labi fortuna praelii cōpīt. Equites enim romani post longam pugnam ab equitatu hostium superati: cum tantam multitudinem sustinere nō ualerent: sese ad legiones ab utroq; cornu recepere. Magnum uero ac terrible certamen circa elephantos uerbaatur. Bestiae enim pluribus ex locis in expeditos: quos extra ordinē oppositos illis diximus ruentes: Plerosq; eorum feda strage cōculcarant: reliquos in fugam ueros palates egerant: Sed cum ad legiones uentum esset: bestiae subsistebant. Firma enim ac solida romanorū acies elephantorū impetum substinebat: nec prūpere patiebatur: hoc certamen longe maximum fuit: Conantibus elephantorum magistris aciem prūpere: romanis autem denso ac solido agmine: tanq; uno corpore resistebat. In hūc modū uarie luctantibus: Variaq; fortuna praelii obſistente: Xantippus ut solidam romanorum aciem labefactaret: circuire equitatū: ac extremo a tergo laſſere iussit. Quod cū equites pluribus locis facerent: ac legiones romanæ neſſario cōtra equites conuersæ illis resisterent: ac propellerent: interim rarefacta acies atq; disiūcta ab elephantis perrūpit: hinc cades & strages paſſim fieri coepit. Inter hæc ad duo milia romanorum militum: quos a laeo cornu superatis usq; in castra perlecos diximus cum circuuentam aciem romanam cōſpicerent: nec facultas remeādi ad suos daretur: quoniā media loca hostis tenebat. Fuga abrepta in Clippeam euaserūt. Ex reliquo autem exercitu ad quingentos dūtāxat uiui capti: & in his. M. Attilius Cōſul. Reliqua omnis multitudo uel a bestiis cōculata uel ab hostibus cæſa interiūt. Carthaginenses parta uictoria incredibili gratulatione ac leticia in urbem copias reduxere. Maximo tamen ſpectaculo fuit. M. Attilius Consul: ingenſ exemplum rerum humanarū: qui modo tot uictoriis glorioſiſſime partis terribilissimus erat hosti: & Carthaginēſibus ſuppliciter pacem orātibus unicam eſſe uiam pacis ſi ſe ſuaq; dederent respōderat. Is tunc uictus nec potentia modo. Verū etiam libertate priuatus in eorum potestatem quos pauloante contēperat deuenit: Post hæc carthaginenses omnibus copiis profecti Clippeam urbem quæ ſatis magno præſidio romanorum tenebatur: & in eam ad duo milia ut diximus hominum ex prælio confugerant obſiderunt: Romæ uero ut profligatum in affrica exercitum captūq;. M. Attilium Consulem: ac reliquas copias in Clippea obſideri nunciatum eſt: meror ac luctus ciuitatem peruafit: atq; eo acrior quo magis cōtra ſpem accidiſſe uidebatur: Conuersi deinde ad curam ſalutis eorum qui in Clippea obſidebantur: magnam classem parandam ſtatuerunt: & in affricam dimittendam. Carthaginenses interea Clippeam obſidebāt: ac ſumma ui oppugnabant. Sed tāta erat militum qui obſidebantur uirtus: tātaq; prouidentia: ut omnes hostium conatus in irritum caderent. Quāobrem desperata ad extreum expugnatione: cum insuper classem parari ab romanis qua rursum in affrica bellum traiiceret nunciaretur: obſidionem diſſoluerunt: & ad curam parandæ clasſis & ipſi incubuerunt. Per hæc tēpora Xantippus lacedaemonius, quē prælio duceſ ſuiffe oſtendimus: incertū qua de cauſa repudiata bellī cura in græcia abiit. Sunt qui putent inuidiam ueritum quam plus nimio iam ſibi officere ſentiebat: emigrādi consilium aſſumpſiſſe. Alii fortunā tentare rerū aduersus romanos horruiſſe: ne pulchro initio turpē finē imponeret: Vt cūq; tandem fuerit: abiuiſſe illum cōſtat inter primā uictoriam & ſecūdū appara-

M. Attilius regulus uirūſ  
carth. capiunt

Xantippi a. carth. difſerſ  
ns



rum belli. Eius qui secutus est anni principio tieris Carthaginenses ducentas naues  
(Tot enim parauerant e portu Carthaginis dimissas Circa siciliam & media loca  
obseruare nauigationem romanorum & impedire iussertū. Romani autem classem  
effecerant trecentarum & quinquaginta nauium. Cum his M. Aemilius & Seruiū  
fultum consules: in affrica traicere: & in clippeam qui obsidebatur milites suscipe  
re iusserunt. Consules igitur primo in Siciliam Classe traducta: cum inde rursus i af  
fricā nauigarent: non longe a Mercurii promontorio: ducētas hostiū naues quas  
ad obseruanda ea loca: impediendamq; nauigationem romanæ classis: a Carthagi  
nensibus dimissas ostendimus obuias habuere. Comisso cum his prælio romani  
& uirtute & numero nauium longe præstantes (quippe trecentæ quinquaginta ro  
stræ naues romanorum aduersus ducentas Carthaginem congressæ dimica  
bant) primo impetu uictoriæ adepti sunt: quatuordecim supra centum Carthagi  
nensium naues in eo prælio romani cœpere. Victis ergo fugatisq; hostibus cum in  
affrica littore copias exposuissent ac milites qui in Clippea erant suscepissent: pau  
cis in affrica diebus commorati: rursus inde soluentes Siciliam repetunt Transmis  
so pspere pellago quod affricam Siciliāq; interiacet: extremum Siciliae latus quod  
ad libyam exponitur tenuere. Ibi cum non procul Camerina essent: in tantam Cala  
mitatem inciderunt. ut uel scribere quis uel audire perhorreant. Aduersa si quidem  
tempestas subito coorta Classem disipauit. Ut omnia circum litora naufragiis cō  
plerentur. In credibilis multitudo cadauerum per undas ferretur. Ex nauibus enim  
quattuor & sexaginta: supra quadringentas uix octoginta incolumes a tempestate  
relictæ sunt. Reliquæ omnes aut submersæ undis: aut scopolis infractæ. Maius autē  
nauigium nemo ante nostram ætatem factum audiuit: Quod accidit temeritate &  
obstinatio consulū: Nautis enim saepius monentibus uitandum esse externum  
Siciliae latus: quoniam id importuosum: ac infestum esset: præsertim in ea animi tē  
pestate. Inter orionis enim & canis signa nauigationem faciebant. Illi paruipenden  
tes nautarum uoces dum fiducia prioris uictoriæ elati: urbes quasdam hostium per  
id littus capere: properant: gratia paruæ admodum spei in maxima damna calamita  
tesq; se iniecere. Ita pulcherrimas res gestas naufragia foedarunt. Cognitis his quæ  
romani Classem accederant. Carthaginenses quoniam nec terra se impares esse roma  
nis propter superius prælium aduersus. M. Attilium Consulem factum: nec mari p  
pter ingens detrimentum ex naufragio accepto putarent: maiori iam animo ad pe  
destres simul maritimæq; parandas copias adnituntur. Hasdrubalem itaq; cum om  
ni ueterano exercitu: nouoq; insuper delectu habito: & cētum quadraginta elephā  
tis in Siciliam miserunt: ac ex ueteribus nouisque rostratis Classem ducentarum na  
uium effecerunt. Hasdrubal igitur prospere trajecto pellago copiisq; omnibus &  
elephantis incolubus lilybei eypositis: romanorum socios per Siciliam infesta  
bat. Romani autem eti grauiter calamitates ex naufragio acceptæ patrum. simul ple  
bisq; fregerat aios: tamen ne cōcedere carthaginēsibus uideretur: nouā classem cētū  
& uiginti nauium ædificandā curarūt. Quod tanta celeritate factū ē. obstinatis i bel  
lum animis: ut Nonagesimo die post cæsam iſiluis materiā in mare naues deduce  
rentur. Cum ea classe. Aulus Equilius: & C. Cornelius consules petere siciliam bel  
lumque aduersus poenos iussi Messanam peruenierunt. Ibi acceptis quæ naufra  
scoff.

*M. Attilius Regulus &c.  
cons. missus*

gio superfuerant nauibus (tota simul Classe trecentæ quinque remes hæ fuerūt) Profecti panormum quæ una urbs per id tempus sociis populi romani maxime infesta erat magna ui aggrediuntur. Per idem fere tps. M. Attilium regulum quæ supra caputum diximus Carthaginenses romam miserunt. Causa uero mittendi fuit: q̄ cōmutationem captiuorum fieri optabant. Idq; per fauorem eius uiri facile sic cōseq; posse arbitrabantur. Verum ea res contra euenit. Nam cum romā uenisset Attilius: atq; de ea re insenatu uerba fecisset. Rogatus & ipse sententiam dissuasor fuit commutationis faciendæ. Inter Catēra inquit uereri se ne uenenum præsentarium. Carthaginenses sibi præbuissent. Id ex quibus rebus quas referre superuacaneum foret non immerito suspicari: Ob ea uerba cum postea Carthaginem re infecta rediisset supplicio affectus est. Romæ quoq; in quosdam nobiles Carthaginensium qui captivi assuerabant obuindictam. M. Reguli sauitum. Dum ea romæ geruntur. Interea panormum summa ui terra mariq; oppugnabant. Aliquod tempus circa illud comorati tandem eam partem urbis quæ neapolis appellabatur: machinis ac ui militū cœperunt: quo facto reliqua urbis pars moëtu adductis ciuibus Consulibus deditur. Capti panormo Consules præsidioq; imposito: cum nihil fere aliud gessissent e prouincia discessere. Proximus de hinc annus consules habuit. C. seruiliū. & CN. Sempronium: Hi accepta Classe cum primo in siciliam traiecerint: placuit inde rurus affricam petere. Delati igitur omnibus nauibus cum pluribus in affrica locis copias exposuissent: magnasq; ubiq; intulissent Clades: tandem in lothopargorum insulam quæ Mirmix dicitur (nec longe abest a magna syrthæ) peruenérūt: Ibi ignoratione regionis in arcta quædam incidētes loca: refluxu maris in arido destituta classe: inopes consilii aliquādio cōstituerunt: Cum pene desperata salus esset: tādem rediens unda eos recepit. Nec aliter tanq; iactu omnium onerum euadere potuerunt. Itaq; post hac necessariorum penuria ac moëtu prioris periculi sic iter fecerūt: ut suæ similis eorum nauigatio uideretur: Post multos labores in Siciliam reuersi panormi constiterunt. Ibi aliquādia cōmorati cum Italiam rotamq; peterēt cohorta subito tempestas in altum arripuit: lateq; despersit Supra Centum & quadraginta naues ex ea classe uariis in locis naufragio periēre: Tatis calamitatibus acceptis populus romanus et si turpe existimabat: tamē damnorum magnitudine superatus: mari abstinentia: ac terra aduersus poenos pugnandum statuit. Itaq; eo qui secutus ē anno non amplius: q̄ septuaginta nauibus ad traducendum in siciliam copias: stumē tumq; importandum romani usi sunt. Cum his. L. Cecilius. Metellum & C. Furium consules exercitum in Siciliam traducere iusserunt: terraq; tantum aduersus hostem bellum gerere. Quo facto accidit rursus Carthaginensium rem superiorē esse. Nā & mari sine contiouersia dominabātur sublata romana Classe: & terra magnas copias elephatosq; habebant: quorum tantus erat terror post attilium uictum: aciēq; profligatam: ut & biennio iam nullo alio: q̄ elephantorum moëtu a præliis abstine rent. Collibus se ac montibus tutarētur: nec in Campis pugnas capescere unq; audent. Quamobrem ad extremum populus Romanus hoc exercitus moëtu animaduerso necessitate ipsa cōpulsus: ad studiū parandæ classis rursus incubuit. Et iā alter Consul. C. Furius comitiorū cā romā euocatus: Consules designauerat. C. Attiliū: & L. Maniliū: Cōuersis igitur ad rē nauale aīs: & futurū annū spectatib; præter spem oīum res prospera. L. Metello in Sicilia geritur. Hasdrubal enim Carthaginensium

dux (quoniam relictum consulem alterum in Sicilia cum parte dum taxat copiarum ex captiuis cognouerat) Lilybeo profectus exercitu elephantosq; impanormitanū agrum induxit. Metellus cognito hostium adūetu: itra panormi moenia exercitum cōtinebat: metumq; industria maiorē simulabat: quod cū plures dies fecisset: nec ligas: qdē aut Calones extra portas exire pateretur. Elatus maiori fiducia Hasdrubal: Vastatoq; undiq; & icenso agro: tandem copias panormi mōenibus admouit. Metellus cū appropinquaret mōenibus: uelocē: quēq; & expeditū militē emittit hisq; irritare atq; distinere hostem iubet. Aduersus aut̄ elephantos (quoniā illi plurimū terrori erant) hac arte pugnare monet: telis uerubusq; bestias ipetere: Vbi illæ iratæ in eos magno ipetu ferrerentur: usq; ad fossas urbis militem refugere: & in fossas ipsas se dimittere. Inde rursus cū bestiæ recederent pone aggredi in suoq; eas concitate: Multitudinē insuper urbanā ab ea parte oppidi per mōenibus constituit: & ubi appropinquarent elephanti tela oī farina in illos iacere p̄cepit. Ipse paratis instru. Etisq; reliq; copiis: diuersa regione urbis: ad leuum hostium cornu spectante intentus rei benegerendæ subsistebat. Nihil eorum quæ cogitauerat Metellū fecellit. Nā Metelli dr Hasdrubalem nō  
orū & expediti urbe egressi in cepta pugna hostem distinuere. Ac elephantorum magistrorum plurimum sibi arrogantes: & uictoram suā esse uolentes Confestim ut pugnare coeptum est. bestias in expeditos Cōcitarunt. Et illi telis in bestias cōiectis: cū cōcitatori gradu in eos ruerent fugerunt: infestiusq; sequentibus in fossas urbis se dimittentes earum ipetum frustrati sunt. Cum enī ad aggerem fossarum puenissent bestiæ uno in tpe a militibus ex fossis & a multitudine Urbana ex mōenibus sagittis & scorpionibus feriebantur: Cunq; illæ ultra aggerem p̄gredi nō possent: ac necessario terga uertenda forent: egressi confestim e fossis milites: ac pene illas ferientes in hostium agmina cū ingenti suorum strage cōcitarunt. Turbatis in hunc modum hostibus. Metellus repente alia urbis parte eductis copiis magno ipetu inuadit. Illi iam pridem a bestiis turbati: & tūc subita in oppressi: uix primum ipetum sustinuer: fugaq; passim fieri coepit. Metellus fugientes in secutus: nullo in loco consistendi hostibus: aut reparandi uires facultatē permittit. Fit magna Carthaginēsium Cædes: multi eorum a bestiis suis cōteruntur. Ex hoc p̄lio Hasdrubal cum parua exercitus parte fugiens euasit. Reliq; aut capti: aut interfecti sunt. Elephanti oēs in posttestatē uictoris uiui peruererunt: Fuit aut̄ numerus elephantorum captorum centum & quadragita: q postea romæ triumpho a metello duci sunt: Cū summa admiratione populi romani. q quas paulo ante supra modum formidauerat bestias: eas tunc uictas captiuasq; conspexit: Nec tantum ex presenti uictoria fructum suscepit: quantum q iam contemnere elephantos nec ob eas ternerri miles didicisset. Metellus igitur magnis rebus gestis e prouincia discessit. hunc secuti consules. C. Attilius: & L. Manilius: maiori q antea conatu Siciliam inuadunt. Mari q classe magna in qua amplius: q ducentæ naues rostratae fuerunt: quas superiori hyeme paratas diximus. Terra aut̄ uictore exercitu: & iam carthaginēses elephantos aspernante: Lilybeus est Siciliæ promontorium in affricā spectans: ac in eo urbs eius noīs amplissima & munitissimo loco sita. Ea sedes ac portus Carthaginensium erat. Hanc igitur urbem consules obsedere ac mari terraq; oppugnare pergunt. sperantes si eum locū Carthaginenses admisiſſent: facile post hac: eos Sicilia pellere & bellum i affrica traducere posse: Profecti igitur eo Consilio mari classe: terra pedestribus copiis Lilybeum obsiderunt. Erat autem hic annus decimus octauus huius belli: Car.

Metelli dr Hasdrubalem nō  
orū

Elephantom a Metello cop  
tus numerus

Lilybeum obſiderunt

thaginenses uero cum propositum romanorum intuerentur: nec lateret eos lilybeo  
ammissō in affrica recipiendum esse bellū: quod illi periculosissimum existimabāt.  
omni conatu lilybeum seruare constituerāt. iam enim omnes Siciliæ populi urbesq;  
pter admodum paucas romanis parebant. Cū ab initio mox syracuse: atq; catina: in  
de agrigentū & panormū cū æthnēsibus & Tindaritanis: ac aliis compluribus ciui  
tibus uel ex foedere uel manu captæ romanorum partibus accessissent: Lilybeum  
tamen & drepanum & alia quædā oppida per oportuna Carthaginēsibus in extre  
ma siciliæ parte restabant. Consules igitur lilybeū obsidentes binis castris ex utraq;  
parte urbem seperant: fossamq; & aggerem inter castra deduxerant: crebraq; p me  
dia loca castella excitarant: Stagna sunt ante urbē ex ea parte quæ ad mare spectat  
perq; ea stagna ingressus in portum diffīcili admodū nauigatione: nec nisi expertis  
consuetisq; optinēda: hæc loca romani stationibus comp̄henderant: & neq; ingre  
di ue posset curiosissime obseruabāt. Machinis inde & arietibus longo fudore ma  
nibus ipsis admotis: sex cōtinuo turres ab ea ipsa parte quæ in mare spectat euerte  
rant: reliq; uero eodem mō per singulos dies imminebat: Quassata igitur murorū  
parte cæteris uero laborantibus terribilis admodum erat obfessio: & intra urbem  
summe trepidabatur: Exanimata matu urbana multitudine: et militibus mercede cō  
ductis: quorū ad decem milia intra urbem carthaginenses habebant: nō fere melio  
ri aio euentum spectantibus. Cæterum unus Hymilcon qui p̄sido urbiq; perat: ob  
sidionē romanorum magnitudine aī. & consilio sustinebat. Hic enim iā inde ab ini  
tio incipiens quacunq; romani muros arietibus quassabant: alia ipse intra urbē moe  
nia munimentaq; sufficiebat. Aduersus aut Cuniculos ipse aliis cuniculis eductis la  
borem obsidentiū frustrabatur. Eruptionibus etiā crebris iterdiu: uel noctu machi  
nis incendebat: opera turbabat: aut deiciebat: Verum hæc talia erant ut p̄crastina  
tionem captiuitatis: non salutem obfessis allatura uiderentur. Itaq; nō nulli condu  
ctorum: q ordinē p̄sido carthaginensium ducebant: de prodenda romanis urbe  
consiliū ineunt. Traductisq; i hanc sniam commilitonibus: principes ipsi munitione  
transgressi: i castra romana p̄ficiuntur. Affati consules & quæ uoluerant pacti tra  
dere urbē festinabāt. Erat in p̄sido Carthaginēs Acheus qdā et Alexon ueteranus  
miles ac p̄batæ fidei. Is cū ea quæ de pditione agitabātur forte a cōmilitonibus dī  
dicisset: Confestim hymilconi p̄fecto p̄sidi rem pandit. Ille ab initio magni  
tudine periculi cōmotus: & si inopinata re maiore inmodū obstuuerat: nec ratio  
nem consilii satis explicabat. Tamen creditus ad se reuersus & aio confirmatus: oēs  
qui ordinem in p̄sido ducebant accersiri iubet. Conueniunt oēs præter eos q iam  
in castra romana transferant: Hymilcon p̄sentibus rem sibi notam aperit: obtesta  
turq; per iouem ac cæteros deos: ne iusiurandi religionem: ne ue se ducere optime  
de exercitu meritū prodere hostibus uelint. Magna insuper præmia si in fide pma  
to mutari ordines ac totum conuerti agmē iubet: Ita ut elephanti: atq; equites: qui in fronte erant: ad dextram conuerso itinere: contra eos qui pone inuadebāt occurserūt. Legionarii autem qui postrema incedebant alia ex parte ad leuā flectentes in primam partem properarēt. Quo qdem facto utraq; ex parte: uno in tempore hostes superauit. Nam qui a Gefira obuiabant simul ac deflectere elephantos equitesq; uidere fugam arripuisse rati: deserto ordine circa illos funduntur. Hos legionarii compositi ex latere inuidentes: magna cum clade disiparunt. Eodem modo q; a tergo sequebantur post legionarios ruentes: quos fugere putabant ab elephantis equitibusq; ex latere in eos ruentibus disipati sunt. Ita a fronte simul & a tergo res prospere ab Hamilcare geritur. Ad sex milia hostium in eo prælio ceciderunt: & capti insuper ad duo milia. Alii fuga arrepta partim ad castra: quæ circa uticam erant se receperunt. Hamilcar eos qui Gefiram aufererant infecutus: urbem ipsam ac potestate primo aduentu coepit. Nam milites qui in eam refugerāt obtrepida tionem & mætum defendere moenia nō ausi: in oppidū. Times e uestigio aufuge runt. Ex hoc iam superior ac magna opinione uirtutis Hamilcar: pleraq; eius regio nis oppida in potestatem redigit. Non nulla etiam pertinacius repugnātia in machi nis: ac ui militum expugnauit. Ob eum mætum. Spendius obsidionem uticæ dissoluit: copiasq; in oppida tutelæ gratia dispersit. Ex quo factum est: ut Carthaginensi bus lux quædam optimæ spei ex præstina desperatione suboriretur. Matho per id tēpus circa Hippōnem exercitum habebat. Nec ob ea quæ acciderant ab oblixiōe destiterat. Ne uero obsidio iam longe ptracta impediretur. Spēdio persualerat ut cum aliqua manu Hamilcarem destineret. Donec ipse hypponenses indomitos in potestatem uenire compulisset. Simul autem & Numidas crebris nunciis sollicitabat: idēptidem monēs atq; orans ne ea tēpora tam oportuna ad libertatem affricæ labi in irritum paterentur. Spēdius igitur sex ueteranorum milibus ex omni multi tudine assumptis: duo milia gallorū quæ in sicilia militauerāt adiūxit. Cum his co piis profectus cōtra Hamilcarē castra metebatur. Plana tamē euitās loca ob elephā torū mætum. Cæterū ad omnē occasionē rei bene gerendæ maxime intētus. In hūc modū pstantibus auxilia tandem numidarū affrorūq; magna multitudine supuenere quorū aduentu sublatus spēdius nō solū descendit in æqua loca: uerū etiā sic circū dedit Hamilcaris exercitū: ut nulla ratio euadēdi cerneretur. Circūdatus enī ab ho stibus quorum pleriq; iprouisi supuenerāt: tribus undiq; castris cingebatur. A frōte affri: a tergo numide: ab latere spēdius iminebat. In tam iniqua conditione rerum: uirtus simul & fortuna Hamilcarem iuuuit. Erat inter Numidas: Narua quidam adū lēscens domi nobilis ac in primis manu promptus. Is iam pridem utpote qui bellicis artibus magno ardore incubuerat: Virtutem Hamilcaris admirabatur: hominemque ut sit ex fama adamauit. Itaque difficultates eius grauiter ferens ad

castra hostiū p̄ficiuntur. Cūq; iam prope esset: colloquiū manu poscit. Mittitur ad eū unus ex Hamilcaris militibus. Ille ea de cā se aduentasse dicit: Ut Hamilcare al loquatur. Esse enim nōnulla quae aperire duci uelit: pinde rogare ac obsecrare: ut p̄cedat e castris: sese usq; ad munitiones obuiam iturū. Hamilcar p̄ id tēpus pro ual lo stabat: & qd sibi uellet numida admirabatur. Tandē nō contēnere hoīem uisum est. Itaq; castris egressus in colloquiū se offert. Numida simul atq; Hamilcarē cōspexit: ad terrā prosiliens hastam & equū reliquit: Ipse pedes & inermis ad Hamilcarē uenit: Narrat sese iam pridem magna admiratione uirtutis captū: eius amicitiam fa miliaritatēq; optasse: amoreq; sui unius Carthaginēs partes aio p̄ferre: putasse ue ro id maxime tēpus amicitiae ostendēdā: cum difficultas earū: cōmoda offerētis ex cludit. Se igitur si nō abnuat cum aliqua suorū manu ad eum uenturū. Hamilcar his latus dictis laudatū cōmendatūq; adulescentem ut ad se q̄primum trāseat hortatur. Et quādo tantus ardor in eo cōspicuus sit in generū sese illum diligere p̄nūciat. Iu req; iurando id sancit. Igitur Narua ad suos reuersus postridie cū duobus milibus numidarum qui una domo p̄fecti erant: ad Hamilcarē in castra transiit. Ea res pluri mū opitulata est Carthaginensibus. Hoc enim auxilio sublatus Hamilcar aduersus Sp̄edium & affros signis collatis dimicare ausus ē: uictor in eo prālio fuit. Narua & Numidis qui cū illo uenerāt egregie operā suā nauantibus: Supra decē milia ho stium in eo p̄lio cāsa sunt: capti uero ad quatuor milia. Sp̄edius uero & Antaricus Gallorū dux: cum reliquis copiis fugam cōsuluerē. Post hoc p̄lum: Hamilcar capti uis oībus quorū pleriq; sub eo duce in Sicilia militauerāt: ad se uocatis: eorum quae ad eā diem cōmisissent impunitatē se cōcedere dixit. Proinde si militare secum uel lent arma ex defunctorū spoliis p̄biturū: Sin abire mallent id q̄doq; licere. Ea beni gnitas Hamilcaris indimittēdis captiuis apud hostes relata multorū flexerat aios: & antiquum eius ducis amore apud milites renouarat. Nec deerant qui apte dicti tarent per eū cōponi rem oportere. Id cū animaduertissent duces hostiū: ueriti ne Hamilcaris gratia apud exercitū p̄fertim impunitate oblata p̄ualeret: quo maiore aliquo scelere spem ueniae auferret: tale aliquid machinātur. Glisco erat Carthaginē sis apprime nobis hic in Sicilia p̄tor fuerat: & hos ipsos milites post romanorum pacē ab Hamilcare acceptos in affricam deduxerat: eiusq; nos supra mētionem feci mus. Orta igitur ab initio seditione cū exercitus apud times oppidū cōstitisset: cre brisq; nūciis a senatu Carthaginēsum missis de concordia tractaretur: postulatum est a militibus ut arbitrio Glisconis: controuersiæ sedarētur: Id ppter summā spem optimāq; eius uiri fiduciā factum: ab exercitu cōstabat. Nam Hamilcarī qdem p̄ id tēpus irati milites erāt q̄noniā is multa in Sicilia dū sub eo militarēt pollicitus ēēt: reuersus autem domū fraudari pateretur: nec ut debuerat se pro eorū fauore, inter posuisse: Itaq; ad Glisconē conuersi: cuius recētior erat apud milites gratia illū ar bitrum ad cōponēdas lites poposcerūt. Ierat igitur: tunc ea de cā Glisco in castra ar biter ab exercitu postulatus. Sed multitudo in cōposita & uariis linguis: uariis mo ribus ac insup a sediciois concitata incredibiliter fluctuabat. Itaq; paucis post die bus q̄ in castra uenerat Glisco ab illis ipfis q̄ eum fiduciā gratia arbitrum poposce rāt capitū in catenas coniicitur. Idem in cāteris Carthaginēsibus qui cum illo uene rāt. Idē quoq; aliis quos nācisci potuerunt. Duces igitur ueriti Hamilcaris gratiam quo maiore aliquo scelere milites obligarent: Litteras singunt suo arbitratu & ta bellarius submittitur. Inde q̄si alia de re acturi cōciōmem uocāt: Cum frequētes cō

Sp̄endij et Antaricus fugat

Glisco arbitri ab ipso  
hostiū

Glisconis captiuitas

uenissent: tabellarius ut præceptū erat cum litteris aderat. Narrat sese ab Sardinia recentissimū aduenisse. Litterasq; de cōi re ducibus afferre: leguntur in cōcion: elitræ. Tenor earū fuit uti Glisconem cæterosq; captiuos diligentius custodirent. Esse enim quosdā in exercitu quorū opera liberatio eorum promissa Carthaginēsibus eset. Eo nuncio turbatis oīum aīs: & ut par erat in suspicionem uersis; Spēdius fugitū ascendit. Milites supplicii oratione præcatur: ne facta Hamilcaris clemētia in dimittendis captiuis decipi se permittat. Nō enim eos dimisissē q̄ saluos eē cupiar sed per illorū dimissionem oēs simul decipiāt: ut nō de qbusdā: sed de oībus simul supplicium summatur: quātū uero ad Glisconis negociū attinet monere se atq; obtestari: ut etiā atq; etiā considerare secum uelint: quāta mox incōmoda subituri sint: si tam egregius dux: tamq; præstas in re militari per ignauia atq; socordiā eorū manib; elabatur: præsertim quem non ignorent eis sibi inimicissimum. Nō enim dimittere eum: sed contra se imittere. Quod si accidat ut factis deliniti blandiciis eū labi patientur: moxq; ille sui arbitrii factus (ut credere par est) manu & consilio p̄se quatur: quis non eorū hebetudinē prudentiamq; contēnatur: q̄ quē paulo ante in Cathenas cōiecerint eum nec tam fatue amicū fore sperauerint. Adhuc eo dicente alter tabellarius a Timete aderat litteræ fere eiusdē tenoris erant. Quibus recitatis Antarici ad militis uerba Antaricus gallorū princeps assurgens: unā se prospicere uiam salutis ingt: si oīs omnino spes quā in Carthaginēsibus habeat p̄cedatur. Quoad uero quis ad illorū dementiā respexerit eū fidum in bello socium esse non posse. Itaq; illis nō maxime credere illos audire: illis mētem adhibere oportere: qui q̄ acerbissima aduersus carthaginenses consulerent: qui uero contra suaderēt: eos proditores atq; hostium loco habendos esse. Post hæc & huiusmodi tandem sūiam p̄mitur ut Glisco: ac cætri Carthaginēs quos in captiuis haberent: duris suppliciis affecti necentur. Erat hic maxime e ducibus aptus: ppter ea q̄ ex longa militia assuetus phenicea lingua utebatur. Eam uero plurimi intelligebāt. Huius igitur oratio fauore militari excepta: a ferocissimo quoq; laudatur. Modestiores aut si qui in exercitu erāt contra dicere non audebāt: ne forsan suspicione illa q̄ ex litteris p̄positā diximus notarentur. Fuerunt tamē quidā qui sententiā Antarici laudantes mortē probarēt: dura uero supplicia præsertim in Cliscone uiro eius dignitatis collerēt. Hi & minis & uocibus sediciosorum agitat: ac plene lapidibus obruti sunt. Aguntur oīa proterue ac turbulentē: & quasi furore quodā turbæ feruntur. Recepto igitur Antarici consilio Glisconem & alios captiuos: ad septingentos hi fuere extra uallum perducūt. Ibi a Gliscone ipso incipientes singulorū manus: nares: aures p̄ciderūt: mēbratimq; lacerarunt. Ad extremum fractis cruribus uiuos adhuc in Scrobē quādā abiicerunt. Et de oībus Carthaginēsibus: qui post hac in eorū potestatē uiui puenirēt idem supplicium sumēdum statuerūt. Caduceatorē uero corpora defunctorū ad sepulturā petentē ad se uenire uetuerūt: idem supplicium caduceatoribus legatisq; siquī unq; ad eos uenire ausi fuerunt minitantes Carthaginenses supplicio suorum ciuiū cognito: miserum in modū affligebātur: totaq; in luctu ciuitas fuit. Deniq; ad Hamilcarem scribunt uti hæc tam scelestā & inaudita facinora ulcisci p̄peraret: qbus litteris & simul crudelitate hostiū p̄motus Hamilcar pristinā clemētiā & mansuetudinem exuit: & oīs oīo hostium quos aut tunc captiuos apud se habebat: aut postea in eius potestatē uenire bestiis obiecit. Ita bellum desperatū atq; nefarium ab utraq; pte excitatur: ne quisq; post hac in eo bello: aut a Carthaginēsibus captus ē:

qui nō bestiis laniandus obiiceretur: aut ab hostibus qui non mutilatus ex carnificatuſq; periret. Per hoc tēpus cū uiderentur Carthaginēſes p̄ualere: ac longe meliori ſpe gerere bellū: ſubito fluere retro: ac in cōtrariū uerti fortuna coepit. Postq; enī ex his quas ſupradiximus cauſis efferatū eſt bellum: irritati Carthaginēſes ob horum crudelitatē Hānonem alterū ducē Hamilcari cōiunixerunt: ac pari confilio ad ministrare bellū iuſſerunt. Sic enim facilius opprimi poſſe arbitrabātur. Ut igitur ſimilis fuerunt duces: magnæ inter eos cōtrouerſiæ ortæ ſunt. In q̄bus uſq; adeo ueneſe p̄grediuſ eſt: ut omissa oīum cura per ſingulos dies inter ſe pene digladiarētur: & facultatē opprimēdi ſui hostibus darent. Accessit ad hāc cōmeatus penuria nō ſolū ppter incuriā ducum: uerū etiā ppter naufragiū: quo onerariæ fere oēs frumentum in caſtra ferētes aduersa tēpeſtate correptæ perierāt. Per idem tēpus uticēſes & hypponēſes: quæ ciuitates ad eā diem uel p̄tinaciter in p̄tibus Carthaginēſium ſteſterant mutata uolūtate ad hostes defecere. Et quidē tāto furore: ut oēs Carthaginēſes qui p̄ſidii cā apud illos erant interficerēt: ac moenibus oppidorū p̄cipites darent. Explicatus igitur Matho hypponēſium cura qua prius destinebatur: exercitū reduxit: coniunctusq; cū ſpendio: & Antarico oībus ſimul copiis Carthaginē ipam obſideſe aggregiūtur. Tantis undiq; cladibus afflicti Carthaginēſes quo ſe uertarent neſciebāt. Et accedebat his malis q̄ in ſenatu factionibus certabatur: aliis Hamilcari: aliis Hānoni fauentibus: unde & barchina factio dicta eſt: quoniā Hamilcar cognomēto Barca uocabatur. Cum itaq; alter e ducibus amouēdus eſſet: nec in ſenatu ob ſtudia factionū conuenire poſſet: Placuit tandem exercitus arbitrio pmittere ut quē uellet ducem retineret. Quo facto rursus Hānone a cura belli repulſo: p̄rogatiua militari: Hamilcar p̄fertur. In Hānonis locū Hānibal ſuffectus: magnaqq; concordia ducum: bellū deinceps administratū: Carthago nihilominus ab hostibus obſidebatur. Nam terra qdem circa urbem oīa loca tenebāt. Hamilcarē uero exercitūq; excluſerant. Per hāc tēpora Carthaginēſibus obſidione laborantibus: Hieron Siracusanus magna auxilia miſit. Romani quoq; in hoc bello Carthaginēſibus opitulati ſunt. Ex huiusmodi cā cum primū obſideri cæpta eſt Carthago: multi ab Italia quæſtus gratia nauigantes frumentum in caſtra hostiū deferebant. Eorūq; ad quægétos uariis tēporibus Carthaginēſes cœperāt. & in carcerē adduxerāt: qua de cā cū poſtea legati a Senatu miſſi Carthaginē ueniffent: & Carthaginēſes eorū gratia cōmoti: illos q̄ capti erant benigne liberaffent: uſq; adeo grate id ſuſcepit populus ro. ut ſenatus contum fieret ex italia ac oībus locis, quæ romano ſuberāt iperio frumentū Carthaginē exportari licere. In caſtra uero hostiū ne q̄s exportaret magna cōſtituta poena eodē ſenatus cōſulto p̄uifum eſt: Captiui quoq; oēs Carthaginēſium q̄ post pacē in Sicilia Italiaq; remāſerūt: ſine p̄cio dimiſſi ſunt: q̄bus rebus ſubleuati Carthaginēſes: obſidione tollerabāt: & iā copiæ Hamilcari in dies augebātur. Itaq; ſupioribus locis caſtrametatus cōmeatū ab affrica deferti i caſtra hostiū phibebat. Qua tandem difficultate coacti hostes: cū neq; ab Italia Siciliaq; phibentibus romani neq; a terra phibente Hamilcare cōmeatus deuehi poſſet: obſidionem diſſoluerunt. Relictoq; apud oppidum Times Mathone cum pte copiarū: Spendius reliquias habens copias ad q̄nquaq; milia hoīum contra Hamilcarem cōtendit: Hamilcar equitatu & elephātis p̄ualebat: quæ duo ueritus Sp̄edius plana uitabat æditis locis caſtra metebatur: Cum igitur p̄pinqua eſſent hostium caſtra: ac per ſingulos fere dies plia cōmitterentur: cōfestim diſcernere licuit: quātū inter periciā ducis

Hāno dux hamilcari cōiū  
gūtū

Hamilcariſ et hānoniſ  
cōrrentiſ

uticēſiū et hypponēſiū deſſ  
Etio

carth. obſidio

Barchina factio nī

ac temeritatem ferocium tirorum interesset. Hamilcar enim nil temere nil ferociter gerendo Spendii audaciā breui domitauit. Nōnunq̄ enim simulata fuga in insidias præcipitem traxit: nōnunq̄ in prouiso hostes adortus magnū eorū numerum opp̄s sit. Captiuos omnes uti ab initio constituerat bestiis laniandos obiiecit. Tandē cir cūuentos eo difficultatis adduxit: ut neq; descendere ex æditis locis metu equitū: atq; elephantorū auderent: neq; cōmeatus deferri ad eos posset. Cum ea iam plane esset obsidio. Spendius ad Mathonē nunciis missis: ut sibi cum reliquis copiis sub ueniret postulauit: & quasi id prope diem futurum esset: hac auxiliī spe milites solabātur. Sed nihil duri in p̄sentiarum aderat. Hamilcar enim in dies magis eos p̄me bat: ac uallo & fossa circūdabat. Cōmeatus autem oīno defecerant. Cūq; captiuos oēs bestiis obiici non obscurum esset: nec ullum misericordiæ locū sibi relictū ob superiora scelera intelligerent: incerto consilio: inter angorē famis: ac formidinem supplicii fluctuabāt. Demum ad eam rabiem desperatio adduxit: ut primo equos: ac iumenta comederēt: mox seruis ac ministris cæsis eorum carnibus sustētarentur. Deniq; cum frustra expectatū auxilium nō ueniret: milites spendii cum Hamilcaris militibus e uallo collocūtur: petuntq; ut liceat legatos ad Hamilcarē mittere. Id cū ipetrassent mittunt aliquos ac per eos paciscuntur: ut decē e primoribus exercitus Hamilcari traditis: reliquis cum singulis uestimentis abire liceat. Ea pactione Spendius ipse: & Antarcticus: & alii primores exercitus traduntur: Hamilcari & in Catenas coniiciuntur. Dum hæc in castris fiunt ad quatuor milia affrorū: qui huius pactionis ignari fuerunt arma cæperunt: & in parte castrorū se tutebantur. Quos postea Hamilcar quasi exptes foederis in hostium numero habuit: eosq; ad unum interfici iussit. Post opp̄ssum spendii exercitum: Hamilcar ut reliquas hostium copias p̄sequeretur. Times exercitum duxit. Id enim oppidū, Matho cum parte copiarū tenebat: & usq; ad Carthaginis mænia quotidie infestabat. Cum igitur Times peruenisset in pugnā pellicere Mathonem nitebatur: At Matho se primo aduētu mænibus continebat: nec pugnandi copiā faciebat. Itaq; duces iter se partitis copiis bini castris diuersa regione contra oppidū positis obsidere inclusos pergunt. Hánibal ab ea parte oppidi quæ ad Carthaginē spectat castra metebatur. Hamilcar uero superioribus locis quæ ad affricā pertinēt. Itaq; diuisis copiis castrisq; die cōsti-tuta de spēdio ac Antarcticō ac ceteris primoribus hostiū quos in Cathenis habebāt: suppliciū summere in oculis obſessorū statuerūt. Quāobrē ex cōposito āte opidum cōueniētes q̄ pxime ad mœnia illos adducunt. Ibiq; suppicio laceratos spectatibus hostibus altissimis crucibus sustulerunt. Ea cum p̄fecissent sua utriq; dux in castra milites reducere coepit. Inter hæc Matho paratis structisq; intra oppidum copiis eorū digressūm expectabat. Itaq; ut Hamilcarē iam longius abire cōspexit e diuersa regione oppidi cōfestim egressus Hánibalē tardius iter facientē asseqitur: Tātusq; fuit ipetus ut non solum p̄figaretur Hánibalis exercitus: uerū etiā cum efusa copia repetere castra mixti una uicti uictoresq; intrarēt. Turpis de hinc fuga & plu-rima cædes ubiq; p̄iram a uictoribus ædita. Capti etiā multi: & in primis Hánibal ipse dux quē e uestigio ad crucē Spendii tractum: illius deposito corpore hunc mūtilatum crudeliter atq; confractum uiuū adhuc in eādem crucem sustulere. Triginta uero ex nobilitate Carthaginensi circa Spendii corpus crudelissime mactauerūt. Hamilcar nec satis p̄pere sensit eruptionem hostium ppter longā distatiā castrorū. Nec postq; intellexit ferre auxilium potuit ob locorum difficultatem. Interiacent

enim paludes ac plurimū impedita sunt loca: Processerat tamen e castris ut auxiliū ferret: sed medio fere itinere deletum Hánibalis exercitum: & capta eius castra cognouit. Itaq; reductis propere copiis ne prioribus castris consistere ausus longius abiit: & apud macheram fluum castra metatus est. Hæc postq; Carthaginem nunciata sunt: rursus senatum simul atq; plebē metus inuasit. Renatū enim bellum cernebant: quod paulo ante confectum uidebatur. Itaq; maiore cura q; unq; incubētes nouum in urbe delectū habuere: Triginta uero senatores ad Hamilcarē legatos misserunt: qui cum illo agerent uti priuatas inimicitias: quæ sibi cum Hánone fuerāt rei publice cōdonaret. Eumq; collegam esse pateretur: cōmuniq; consilio bellū gerere. Id cum iperassent. Hánō rursus cum nouo delectu missus Hamilcari cōiungitur. Hi postea aduersus Mathonem bellum gerētes: post multos casus: ac uarias belli uices: quos & apud leptem oppidum: & aliis locis habuere: tādem ex composito sua & hostium uolūtate magno prælio signis collatis decernere statuerunt. Ad hoc ipsum dies cōstituta. Copiæ undiq; contractæ: apparatus omni adnixu utpote ad extrellum casum facti. Pugna demum inita Carthaginēses uictoriam assēcuti sunt.

*Hánō rursus hamilcari  
cōiungit*

Matho in potestatē hostium uiuus puenit. Post hoc plūm Ciuitates affricæ quæ prius defecerant: in Carthaginem potestatē omnes rediere: præter uticenses: & hypponenses. Hæ nāq; pro magnitudine crudelitatis dudum ad Carthaginenses ciues editæ si in uictoris potestatē redissent supplicium formidabant. Itaq; iam pridem ad romanos legatione missa se: ac sua illis debebāt. At romani suscipere noluerunt. Ita re infecta legatio rediit. Tandem p̄cisa omni spe: & ipsæ redire in potestatem uictoris coactæ sunt. Per hunc modum finis bello affrico impositus. Triēnio fere: & quatuor mensibus postq; geri ceptum fuerat: usq; adeo prospero euentu ut nō solum cuncta recuperarēt Carthaginenses in affrica prius amissa: uerū etiam autores oēs rebellionis quasi fato quodā in potestatē eorum uiui peruenirent. Matho captiuiq; alii in triumphum ducti: & suppicio affecti sunt.

*C. Fulvius rr. A. Postumius  
inf. coss.*

*illirij a. 20. nūcūntē  
tentu illiriorū rīpīnū*

*Sardinia ad 20. imp<sup>rrm</sup>  
accedit*

**P**OST pacem igitur in Sicilia cum romanis factā: Carthaginēses ista gesere. Romani uero post eā pacem aduersus illirios ob cæsum populi romani legatum & infestatum p̄datoriis nauibus mare: tunc primo gessere bellum: qbus celeriter domitis & purgato mari pleræq; ciuitates greciæ in populi romani amicitiā puerunt. Nā illirii per id tps cōes oīum græcorū hostes erāt: terraq; & mari oīa infestabant. Corcyram & Epidamnum obsederāt: & pugna nauali Acheos fuderāt: oēmq; graciā latrociniis: armisq; cōtriuerant: Sed ubi affuerūt Consules ambo. C. qdem fulvius cū ducētis nauibus. A. uero Postumius cum pede stribus copiis: quas Brundusio apolloniā traicerāt: Fracti nullo negocio illirii: & ad extremum domiti pacē supplices petierunt: & quas tulerunt cōsules cōditiones acceperunt. Tenta eorum regina cuius opa legatus populi romani cum ad res petendas uenisset ad eam: interfactus fuerat: grauiter mulctata: ac fere toto regno spolia taē. Reductis in italicam exercitibus cum nunciarentur Carthaginenses finito affrico bello magnā parare classem qua Sardiniam inuaderent. Romani in suspicionem adducti: quasi ea classis aduersus se cōtra foedus pararetur: pacem ruptam quærētes bellum Carthaginensibus indixere. Eius tanta repente formido p̄enos inuasit: ut non solum Sardiniam dimitterent: uerū insuper stipendium nullæ ducētorum tales torum ipenderent: ne se in p̄sentia populus romanus adoriretur. Ita foedus inter Carthaginenses & romanos renouatum est. Sardinia ad iperium romanorum accessit

fit: crescentibus mox in hispania Carthaginensium viribus: eo nāq; post fœdus: Ha  
milcar cum exercitu missus: incredibili uirtute rem Carthaginēsum adauxerat: nec  
eam quidē partem romanus populus negligendam putauit: ducibus exercitibusq;  
eo missis: his quoq; in locis iperium extendit: ut neq; plus nimio cresceret aduersa-  
tiorum potentia in uacua penitus regione: neq; ex ea parte quicq; moliendi facultas  
hostibus p̄staretur. Bellum deinde gallicum in italia oritur: de quo altius repetētes  
dicere aggrediemnr. Nam ut affricū bellum Carthaginensibus finitiū: & periculo  
sum fuit. Ita gallicum romanis & in utroq; nō de gloria: sed de salute pugnatū cō-  
stat. Italia ab oriente qdem adriatico mari: a meridie uero atq; occasu tyrrheno in  
modum insulæ cingūtur. Ad septētrionem uero montes habet continuos qui inter  
utruq; mare extensi mirabili altitudine ac difficilimo aditu a mediteranea regione  
illam cōmuniunt. Hi montes p̄prio nomine alpes uocantur. Apeninus autem mons  
paulo supra inferū mare ab alpibus oritur: moxq; se magis: atq; magis ab illis disiū-  
gens: recto dorso in superū mare fertur: quasi usq; ad urbem senam. Inde rursus ad  
dextrā flectens per medium Italiam in sicolū fretum discurrit. Inter apeninum ue-  
ro & alpes campi sunt: nō Italiae modo uerumetiā totius europæ uberrimi: quorū  
formam quodāmodo triāgularem esse contingit. Alterum siquidē latus apeninus  
efficit: alterum alpes: qui ab angulo summo quo inuicem se contingunt: magis atq;  
magis disiungentes in adriaticum mare feruntur. Basim uero trianguli littus ipsum  
adriatici maris efficit a sena urbe usq; ad intimum Venetiæ sinum. Padus uero inter  
apeninum & alpes decurrens: ingenti aquarū multitudine planiciem secat & in adri-  
aticum mare fertur: Hanc regionē Tufci quondā incoluerunt duodecim urbibus in  
ea conditis. Et adriaticum mare ab adria tuscorum colonia: quæ inter hostia padi  
condita fuit nominatum cōstat. Galli deinde superatis alpibus in hanc regionē trā-  
hierunt: pulsisq; hætruscis per hæc loca concedere: a quibus mox gallia uocitata ē.  
Galliae igitur duæ sunt: altera transalpes: quæ proprie ē gallia: Altera in Italia quæ  
cisalpina dicitur. Sed huius galliae quæ est in Italia præcipuæ auctoritatis. Hi popu-  
li fuere: Primi inter padum: & alpes lai: mox lebetii: Post hos insubres: mox Ceno-  
mani: inde Veneti nō ipsi iam galli: sed aliud genus antiquum ex paflagonia profe-  
ctum: Inter apeninū rursus & padum: Primi ananes post boi: inde eganes mox se-  
nones: qui iuxta adriaticū mare extremi oīum gallorum incoluerunt: Horum præci-  
pua urbs sena fuit. Ducētesimo fere anno: Postq; hi gallorum populi in ea regione  
cōsederunt: bella inter eos ac romanos sunt orta. Nec primo aduersus oēs: sed ad-  
uersus senones: qui magis finitimi erāt. Hi enim superato apenini uigo cum magno  
exercitu in hætruriam descēderunt. Ibi cum urbē clusum obſedissent: irritati a lega-  
tis romanis: qui per spēm concordiæ uenientes: mox plio fese intulerant: ac regem  
ipsum gallorū cominus pugnando occiderūt. Omissō clusio romam inuasere. Hi  
sunt galli senones: a quibus romam captam uulgo prædicant. Non ipsi tunc primū  
ex gallia uenientes: sed in Italia nati educatiq;: uerum antiqua origine ex gallia orti.  
Multā post hoc bella inter romanos & gallos consecuta sunt: usq; ad tempus pri-  
mi punici belli. Post id autem bellū: maior q̄ unq; tumultus ex huiusmodi causa ori-  
tur. Non multo ante id tempus galli hætruriam ingressi aretium obſederant. Ro-  
mani auxilium ferentes contra gallos non longe ab aretii mōenibus dimicarunt: In  
ea pugna superati romani consulem amiserunt. Multi præterea romanorū captiuū  
in galliam ducti sunt. Cū igitur pro his redimēdis legati populi romani in galliam

M. curij de gallis victorin  
menissent: contra ius gentium uiolati a gallis interficiuntur. Ea indignatione popu-  
lus romanus nouū delectum ex integro habuit: ac M. Curiū bello gerendo præfe-  
cit: qui cum exercitu galliā ingressus cōtra senones collatis signis pugnauit: uictorq;  
tanta occidione eos occidit: ut pene ad internectionē delerentur. Reliquos uero q  
prælio superfuerat sedibus romani pepulerunt. Alios deinde gallos duobus pliis  
superatos suis acquiescere rebus ac pacem optare compulerunt. Hæc fere extrema  
erat cum gallis gesta ante tēpus primi punici belli. Itaq; durante bello punico galli  
quietem egerunt. Post punicum tādem & illīricum bellum. C. Flāminius legem ad  
populum tulit: ut ager gallicus qui senonibus per superiora bella ademptus fuerat  
romanis ciuibus assignaretur: Id cū innotuisset: Boi qui proximi post Senones erat  
Hanc propinquitatē romanorū: Ciuium grauissime indignabantur. Quo enim  
tandem alio eam rem spectare: nisi ut pulsis deinceps omnibus gallis regionem to-  
tam in proprios usus romani cōuertant. Consueuisse bella geri propagandæ impe-  
rii ac gloriæ causa. uictis autē parcí solere. Romani autem contra ius gentium cōtraq;  
humanitatem: nō iam de gloria: sed de præda certare. Enim uero non usq; adeo cō-  
tritas esse galliæ uires: ut contéptui romanis esse debeant: ac in eorum oculis: qbus  
cum pacem fecerint: ueluti peremptorum in bello spolia legere: His accési uocibus  
legationem de cōmuni salute ad insubres quorum præcipua inter omnes gallos ci-  
salpinos fuit auctoritas mittunt. Idem faciūt ad Cenomanos & alios gallorum po-  
pulos. Ibi refricandis ueteribus odiis: ac recētibus iniuriis cōtra romanos incendūt.  
Magnas esse docent cisalpinorum gallorum uires: modo oēs uno consensu ad bel-  
lum incūbant. Quod si singuli per se aggrediantur impares esse romanis: quod illi  
astu pūidentes semper egisse ac singulos inuaderet. Itaq; senones dudum ea fraude  
euertisse: nunc uero Boios ipetere: quos si opprimant mox cenomanos: inde insu-  
bres petituros. Quāobrem si sapient cōmuni consensu bellum esse suscipiendum:  
quin etiam mittendum esse transalpis legatos: qui pristinā consanguinitatem cōme-  
morent: principumq; & bellorum auxilia rogent. His igitur rationibus insubres: &  
cenomanos: ac cæteros oēs galliæ populos: in sentētiā trahunt: Cōsiliaq; belli fa-  
cile suscipiunt: & contra populū romanum oēs coniurant: cōmuniq; consilio tran-  
salpes legatione missa Congolicanum & Amaroestem gallorum reges: itemq; alios  
circha rhodanum gallos ingētibus præmiis pollicitationibusq; sollicitare aggrediū  
tur: ut coacto exercitu in italiā transeant: per maxima eis cōmoda: si romanos su-  
perent ostēdunt. Esse enim italiā ubere & amēno solæ cūctis etiā quæ dici pos-  
sint diuiciis refertā. Romanos autē uinci nullum fore negocium: si trāsalpini cisalpi-  
niq; galli pristinæ cōsanguinitatis memores: unā ad bellū icūbāt. Cū olim Senones  
eo p̄lio fuderint: urbēq; romā cōpint: atq; icēderint. Hæc iactādo monēdoq; tādē  
reges ip̄os pp̄losq; galliæ ad bellum exciuerūt: Magniq; cōfestim habētur delectus:  
multi etiā spe prædæ ac nouarū sediū auditate: sese regibus cōiūgūt: ut neq; maior  
unq; exercitus neq; ex ualidioribus pugnatoribusq; gētibus neq; oī apparatu insi-  
gnior cogeretur: societasq; publice fieret: iter cisalpinas & trāsalpinos gallos: ad ro-  
manum ip̄erium euertendum: hæc ubi & fama: & multorum litteris: nunciisq; romā  
delata sunt: magno terrore: cohorte uarie tumultuarii in urbe cōceptū. Magnos de-  
lectus haberi: copias educi: pperare oēs trepidare adesse iam gallos putare. Cæterū  
hæc non parū carthaginēsibus pfuere ad ip̄erū in hispania p̄pagādū. Romani enī  
hūc tumultū gallicū formidātes res hispaniæ negligere coacti sunt. Itaq; renouato

C. Flaminij lex

Gallo i R. cōmunitio

cum Carthaginēsibus foedere totis iam aīs in bellum gallicū uersi: id unū p id tēpus  
maxime cogitabant: quēadmodum aduersus gallorum conatū resistere possent. Co  
acto circa rhodanū exercitu: oībusq; ad iter paratis. Cōgolitanus & anārōestes gal  
lorum reges: magnam multitudinē mouentes: superatis tandem alpibus in Italiā uene  
runt. Tardiorē fuisse illorū aduentū cōstat. ac diutius ptractā spem. Itaq; Cenoma  
ni & ueneti legationibus romanorū interea deliniti: ab incēpto destiterant popu  
liq; ro. amicitiā: societati trāsalpinorū p̄tulerant. Cū ergo in cāpos q̄ sunt circa padū  
amnē transalpini exercitus descendissent: Insubres ac Boi magna multitudine sese il  
lis cōiungunt. Reges igitur ppter cenomanorū uenetorūq; suspicionē: pte copiarū  
insubribus relictā: ipsi cū reliquo exercitu castra uersus hātruriā mouerunt: ducētes  
peditū atq; eqtū infinitā pene multitudinē. Eo anno. L. Aemilius & C. Attilius prin  
cipio cōsulatus in Sardiniā cū classe nauigauit. Aemilius át cū exercitu Arimini bois  
oppositus cōsistebat. Cæterū ciuitas tota erēcta ac sollicita erat: nec sine ingenti moe  
tu tanti gallorū conatus expectabantur. Veniebat enim in mentē uetus tāe cladis: &  
quasi fatalē romanæ urbi gentē formidabāt. Itaq; maximos iā pridem exercitus ob  
hāc suspicionem populus romanus parauerat: ac in super delectus noui in urbe: &  
apud socios impigre habebātur: & quasi nō semel: sed plures pugnandū esset. Mili  
tes copiæq; totius Italiae: ad senatū relatæ p̄asto esse monebantur. Nec sane cæteri  
italiæ populi seigniores erant. Tantis enim gallorum copiis italiā p̄mentibus: nō iā  
pro Imperio populi ro. sed pro salute sua suorumq; ac patrii soli tutela se pugnatū  
ros arbitrabantur. Ea ppter oēs italiae populi romanis quasi nō dominantibus sed  
quasi potentia & auctoritate primoribus in hoc bello paruerunt: & quasi ad caput  
summam totius rei sponte sua referebant. Quantas uero copias in armis. quantasq;  
paratas in subsidiis italia tunc habuerit ex tabulis singulorū populorū intueri licuit  
quas hic prout a certissimis auctoribus nostris: grācisq; traditū: ē singulatim referē  
dum: p gloria patriæ existimauimus. Primū ut a romanis incipiā. L. Aemilius: & C.  
Attilius Consules principio sui cōsulatus quattuor legiōes urbanas in expeditionē  
eduxerāt: harū snglis quinq; milia & ducēti pedites: eqtes uero trecenti inerāt: Exie  
rāt quoq; cum iisdē cōsilibus auxilia sociorum: horum erat numerus triginta milia  
peditum. Eqtum uero duo milia. Itaq; consules ambo in exercitu hēbant milia pedi  
tum q̄nquaginta & octingētos. Eqtum uero tria milia & ducentos. Hic ordinarius  
erat exercitus: ac p singulos annos educi solitus. Extra ordinē uero tumultus gallici  
uero cā. Hā postea copiæ superatæ fuerunt. Primū tusci atq; sabini peditum septua  
ginta milia: statim ut galli transire apeninum nunciati sunt in armis habuere. His ne  
priuata magisq; publica auctoritate gerere bellum uiderētur. Prætor romanus præ  
fectus est ac tueri hātruriā iussus. Post hos umbri & Sarsennatæ apenini accolæ ad  
uigiti milia: hi apenino cōsistere iussi erāt: & i Boiorū agros irrūpe: has tunc aduer  
sus gallos primo copias ipetu oppoluerāt. Erāt p̄terea patæ aliæ copiæ q̄ q̄si iſubſi  
diis tenebātur. Ro. uigiti milia peditū: eqtes mille & q̄ngēti: sociorū át trigita milia  
peditū: eqtū uero duo milia. Hi romæ iussu. Senatus pp̄lq; si qd subitaneū icūberet  
assidue p̄stolabātur. In tabu' uero relatæ erāt copiæ armatorū: q̄s unaq; gens subsi  
diī cā parauerat. Numerus earū hic fuit. Latinorū octuagita milia peditū: eqtū uero  
duo milia. Samnitorū uero septuagita milia peditū: eqtū uero septē milia. lapigēsiū  
ac mesapiorū q̄nquaginta milia peditum: eqtum uero sexdecim mllia. Luchanorum  
triginta milia peditū: eqtū tria milia. Marsorū aut & maricinorū ac ferētanorū: & p

cōgolitanus & anārōestes  
gallorum regū: italiā adū  
ns

L. Aemilius & C. Attilius  
coſs.

Ro. i gallos apparatus

*milia copia*  
*Herrus corp et sabinorum  
clades*

terea uestiuorū peditū uiginti milia: eq̄tum quattuor milia. Erant quoq; per id t̄ps  
pter eas copias quas supra memorauimus legiōes duæ: i Sicilia et circa tarétū p̄sidii  
cā constituta. Harū singulæ hēbant peditū q̄ttuor milia & ducentos eq̄tes. In sup  
romanorum. Cāpanorūq; scripta atq; parata ad id bellū multitudo ingens Eius nu  
merus fuit circiter ducenta qn̄quaginta tria milia peditū. Eq̄tū uiginti milia. Nume  
rus igitur oīum. Simul ex tota italia armatorū fuit. peditū septies centena milia: equi  
tū uero circiter septuaginta milia. Hæ tunc italiae fuerunt copiæ: p̄ter Boios & insu  
bres ac ceteros populos qui ro. aduersabantur. Galli paratis oībus quæ ad bellum  
ptinebant: tandem supato apenini iugo in hætruriā descenderunt. Oīa ferro igneque  
uastantes Cū iam nō lōge ab urbe Clusio eēnt: hætruscorū sabinorūq; copias quas  
p̄sidii cā paratas diximus cū roma. p̄tore in agro aretino cōuenisse nunciatur. Quo  
audito galli confessim iter ad nostros tumultuosius conuerterunt. Cūq; in conspe  
ctu essent castra utrinq; munierunt. Prætori ro. expectandū. L. Aemiliū consulē uide  
batur: nec prius cū tanta multitudine gallorū fortunā pugnæ experiendā esse: q̄ ex  
ercitus cōsulis cū hætruscorum sabinorūq; copiis iungeretur. Eo cōsilio intra uallū  
militē continebat: nec p̄tātem pugnandi faciebat hosti: satis in p̄sentia existimās: si  
a populationibus cohiberet. Cognita igitur p̄toris sn̄ia. galli dudū adiungunt: qua  
si enim aduētum cōsulis. (Nam is plane adesse dicebatur) formidaret: de quarta ui  
gilia peditē educunt: ac fesulas uersus iter facere contendunt. Equitatum uero oēm  
in castris relinquunt: nec prius iter arripere iubent q̄ hostibus cōspicui fuerint. Hæ  
trisci igitur ac sabini primam sub lucē gallorū eq̄tes tumultuosius abire conspicati:  
cum insuper noctis silentio peditē e cōspectu ablatum cernerent: fugāq; et trepidationē  
existimarent: rapto post eius agmine incaute feruntur. Ita p̄cipitati in insidias  
circuueniūtur a gallis & iuiti pugna decernere: cōpellūtur: Ad sex milia hætruscorū  
sabinorūq; in ea pugna cecidere. Reliqua uero multitudo cum galli undiq; p̄merēt  
numeroq; & ferocia præstarent: accepta protinus fuga in tumulum quendā natura  
munitum sese trepida recepit: Galli quoniā & prælio & superioris noctis uigilia cōse  
cti erāt ab ex pugnatione eius tumuli se tunc continuere: sed circum ea loca statiōi  
bus dispositis ad curāda corpora uertuntur: eo p̄posito: ut postridie totis uiribus  
tumulum expugnare aggrediantur. Per idē t̄ps. L. Aemilius consul quē arimini cum  
exercitu fuisse diximus: cognito gallorum aduentu i hætruriā p̄ pximos apenini sal  
tus trāsierat. Cum forte superioris pugnæ ignarus non longe ab eo tumulo castra. po  
suisset: q̄ obsidebantur cognito aduentu cōsulis (Id enim ex ignibus per noctem itel  
lexerāt) ad illum mittunt: ac rei gestæ seriē: quo ut sint loco res exponunt: Consul i  
tāto sociorum periculo minime cunctādum ratus ut primum dilucescere coepit cum  
æquitatu antecessit. Tribunos cum legionibus seq̄ iussit. Galli quoq; ea nocte ad  
esse cōsulē ex ignibus intellexerāt. Itaq; uigiliae totis castris per noctem factae: ac fere  
omnes armati insomnesq; constitere. Cum uero prima luce aut pugnandum aduer  
sus cōsulem: obfessosq; aut concedendum esse appetet. An ærœstes: gallis & duarū  
noctium uigilia: & superioris diei labore confectis metuens: quo prælio auerterat  
aīos: nouas subide curas iniecit. Inquit enim stultum esse tēpus cum hostibus terre  
re: donec p̄da quæ nunc passim totā per hætruriā iacet ex agris tollatur. Si sapiāt  
galli late discurrendum: p̄dasq;: q̄maxias abigendū cū satis onusti fuerint. In pximā  
galliā redeundū: relictisq; ibi sarcinis & ipedimētis rursus hætruriā repetendū. Vt p̄  
liū aduersus hostes: expediti cōmittāt. Id cōsiliū cū approbassent galli ante cōsulis

aduentum signa mouentes longe lateq; p̄datū p h̄etruriā discurrunt: Onusti tandem  
oīs generis p̄da:cū ad littus īferi maris nō longe athalamione oppido peruenissent  
conuerso tandem itinere iuxta ip̄m littus uidentes galliā repeatabat. L. Aemilius Con-  
sul suscep̄tis his copiis quae in tumulū confugerāt gallos insequebatur: eosq; quātū  
poterat a populationibus cohīebat. Per idē t̄ps. C. Attilius alter cōsul litteris per  
senatus e sardinia accitus: p̄fas nauibus aduenerat: expositisq; in terrā copiis: cōtra-  
rio: q̄ galli itinere: iuxta littus īferri maris exercitum ducebant: q̄ ubi iā appropiā-  
re gallos ex captiuis quos exceperat cognouit. Alterū uero cōsulē pone seq̄ legiōes  
tribunis militum tradit: iubens ut mature uestigia seq̄rentur: ip̄se cū equitatu antece-  
dens collem iminentē uiae p̄occupare cōstituit. Ex eoq; pugnā aduersus hostes cō-  
mittere: Galli postq; aduentare alterum Consulē intellexerunt cōfestim eq̄tatū oēm  
ac p̄tem expeditorū p̄mittunt ad eū collem occupandū. Erat enī is locus per opor-  
tunissimus: quoniā aditū cludebat quo necessario erat trāseundū: Cum uero antici-  
patū iā a. C. Attilio collē inuenissent: pugnā equites incipiunt: id certamen magis: ac  
magis crescere qui cū. L. Aemilio erant primū admirabantur ignari alterius consulis  
aduentus. Sed ubi p̄pius accedentes. C. Attilium ex pugna adesse Cognouere: igen-  
ti leticia p̄fusi equites amyliani in subsidiū eorum q̄ p colle pugnabant trāsierunt.  
Aemilius aut̄ ip̄se cum legionibus uti consueuerat post gallos quadrato agmine se  
quebatur. At galli ubi se medios iter duos cōsules & occupatū iter p̄spexerūt: quo-  
niā a facie simul & a tergo pugnandū erat: bifrontē aciē struxere. Contra amylium  
enī q̄ pone seq̄batur: Gesatas & insubres aduersus aut̄. C. Attiliū taurinos & Boios  
collocarunt. Carros & impedimenta unum ī locum extra aciē subduxerunt: p̄dā uero  
oēm in p̄ximum tumulum cum p̄sidio exposuerunt. Cum duas ut p̄diximus frōtes  
hēret gallorum acies: nō solum terribilē aspectu. Verum et̄ efficacē ad pugnandum  
illam esse euénit. Ut enī magis apta erat: ita magis conspicua hostibus reddebat:  
Plusq; ad ostendendā uirtutē facultatis erat. Boi qdem & insubres auratis fulgen-  
tes sagulis. Gasate uero more suae gentis mōde pugnabāt primum certamen eq̄tum  
fuit: gallis pellere ē colle. C. Attilium consulem ro. tueri locum adnitentibus. Erat  
utrinq; eq̄tum multitudo ingens: ac summa uirtute ab utrisq; pugnabatur: hoc in lo-  
co. C. Attilius Cōsul cū in primis pugnaret a gallo quodā eq̄te transfixus hasta oc-  
ciditur: caputq; eius ad reges refertur. Nec tamen id deteruit ro. equites: sed ob irā  
cæsi consulis acrius incūbentes post longam pugnā non solum tutati sunt collē: ue-  
rū etiā gallorum equitatum oēm fuderunt. Inter hāc peditum acies appropinqua-  
rant p̄liumq; non uisu mō: uerum et̄ auditu horrendum cōmittebatur. Ex tribus enī  
exercitibus pugna constabat. Galli medii a fronte qdem perumpere: a tergo autē re-  
sistere nitebantur: Ro. uero contra a fronte resistere: a tergo intuadere gallorum aciē  
propositum erat: Terribilis erat Classicorum sonus cum qbus oīs simul gallorum  
multitudo tātum ululatum uociferatiōemq; attollebat: ut uix aures perferrēt. Cun-  
cta certe circū loca in credibiliter resonarent. Terribilis insup nudorū aspectus: Ma-  
gna enī ac nuda corpora motus quosdā belicos sub clipeis scia miraculo simul & for-  
midini erant. His accedebat splēdor ornementorū oculos perstringentiū. Boiorum  
enī & īsubrū torquibus aureis & uirgatis sagulis tota fulgebat acies: q̄ parti stupe-  
bant ro. cernentes: partim spe p̄dā magis incēdebantur. Sed nudi q̄ pugnabant a sa-  
gitariis ante aciem romanam ex more præmissis haud segniter infestabantur: Pre-  
granda enim & alba corpora scutum gallicum p̄tegere: tota nequibat. Itaq; spicula

gallorum pugna

C. Attilij coss. cōdes

intro adacta facile cohorebant. Crebris tñdiq; sagittis uolatibus cū ppter distatiā  
ulcisci sagittarios negrent: & infestius ferirēt: quasi rabiæ furētes: alii in hostes te-  
mere ob dolorem ruebat: & ibi opprimebantur. Alii retrouestigia referentes fedati  
sanguine terrorē suis afferebant ordinemq; turbabat. Iactatia igitur Gesatarū quos  
antesignauit: in prælio erant per hunc modū domita. Insubres & Boi præliū excepe-  
re amotisq; sagitariis pilis iam & gladiis res gerebatur. hic uero quantū nunq; alias  
clamor & strepitus armorū: pçussio: Vociferatio & gemitus cadentiū exultatiūm q;  
motus terribilis: & oīs experientia ferri a frōte simul & a tergo insurgebat: nec q; s̄q;  
erat in tantis exercitibus segne. Verum & lacertis & pectoribus & crebra uibratiōe  
gladiorū ubiq; certabatur. Quippe gallis nulla salutis spes: nisi in uictoria erat: Ro-  
mani, aut̄ nisi tunc uicissent nunq; post hac fore ut uincerent arbitrabātur: cum duo  
Cōsulares exercitus medios hostes: quasi de industria nocti supra uirtutē propriā  
beneficio quoq; fortunæ iuuari uiderentur. Et inflāmabat idignatio. q; populi ro-  
gloriam italiæq; magnitudinem galli cōtēpissent: q; nullis lacestiti iniuriis ultro ar-  
ma itulissent: q; ad p̄dā rapināq; sibi regionē inclitā fore existimassent. His ro. simul  
italiq; incensi: acerrime dimicabant. Galli aut̄ pari ferocia resistebant: sed & corpori  
bus et armorū genere ipares. Nā corpora qdē gallorum æstus laborisq; ipatiētia sunt.  
Enses uero graues & obtusa cuspidē: ut ad primū discensum magnā uim hébant: sic  
ut pedē contulerant: ad crebriores ictus iutiles erant. Ro. uero & scutis ad ptegen-  
da corpora ualidioribus uitebantur: & gladiis breuioribus sed acutis: Itaq; ubi pe-  
dē contulerant puncti ferientes crebro ictu pectora hostium pfodiebant. Duri pte-  
rea & exercitati æstū ac laborē facile tolerabant. Quas obres & uniuerso certami-  
ne: & singulorū cōgressibus galli supati passim cadebant. Stetit tamen in mota gal-  
lorū acies: donec eq̄tes romani colle descendentes pcellā equestrē ī eā dedere. Tūc  
deniq; turbati galli: atq; loco moti a fronte simul & a tergo psteruntur. Ex tanta  
multitudine gallorum ad decem milia solum capta fuere: et in his Cōgolitanus rex.  
Cætera fere oīs multitudo in p̄lio cecidit. Multi ēt fugientes. latitantesq; p italiā ua-  
rie oppressi sunt. Anærostes aut̄ rex ī p̄lio fugiens: postq; nullā spem salutis supesse  
aīaduerit sibi mortē cōsciuit. Idem & alii qdā gallorū principes: q; unā fuerant fece-  
re. Post hanc pugnā. L. Aemilius Cōsul p̄dā oēm his quornm fuerat restituit. Spo-  
liaq; hostiū romā misit. Ipē cum oībus copiis pfectus ī Boios uastatis hostiū agriss:  
exercituq; oī p̄darum genere ditato. Romā ad triūphum rediit. Duxit ī triūpho re-  
gē cōgolitanū: & principes gallorū p̄lio captos: p̄tulitq; torques aueos: & arma: &  
oīfariā gallorū spolia: qbus postea capitoliū ornauit. Post hūc creati Cōsules. Q.  
Fulius & T. Manilius. hi galliā cū exercitu igerissi Boios in deditiōem populi ro-  
uenire cōpulerunt: Inde reliquos gallos iuadere pgentes: crebris ibribus: ac subinde  
pestilentia ipediti: desistere coacti sunt. Hos secuti consules. P. Furius: & C. Flāmini-  
us: Flāminius cū exercitu galliā igerissus ananes gallos: q; nō longe a Massilia ī colunt  
primū subegit: mox in insubrium agros legiones traduxit: nō longe ab eo loco quo  
Abdua fluuius padum influit. Insubres magna multitudine ad phibendum hostem  
cōuenerant: a qbus non mō in transmittendo amnem uerum ēt in muniendis castris  
magna detrimenta romani. cū suscepissent: ut primū facultas data est: eo ex loco ab-  
eentes ī Cenomanos transfere. Ibi cenomanorū copiis ad exercitū adiunctis: rursus  
ē supiore loco q; ad alpes spectat insubrinū agros ingressi: totam regionem longe  
lateq; populantur. Principes autem insubrium ista cernentes ferro decernere statue-

galloro clades

cōgolitanī regis copiis  
itas

Anærostis regis cordes

L. Aemiliij coss. de gallis  
triumphus

Q. Fulvius et T. Manili-  
us coss.

Boi ī a. ditionē urinū

P. Furius et C. Flāminius  
coss.

runt. Itaq; accita tñndiq; multitudine ad quinquaginta hoium milia armavere. Signa  
uero aurea quæ immobilia uocitabant nō nisi in extremo periculo protinus solita: ex  
Mineruæ templo sustulere. Cum his profecti non longe ab romanis castrametati  
sunt: tanta ferocia ut uix ab oppugnatione castrorum primo aduentu temperarent.  
At C. Flamminiū Consul quoniā pugnandum esse constabat: primū illud secū agi  
tare coepit: num multitudinem cenomanorum: quæ una secum in agrum hostium ir  
ruperat habendum in pñlio esset: periculoso sane uidebatur: gallis aduersus gallos  
in eo discrimine: atq; his pñsertim locis: salutem suam exercitusq; cōmittere. Quod  
si eos ammoueret longe se imparē contra tantas hostium copias fore existimabat.  
Et simul uerebatur: ne illi ac ignominia accepta se se insubribus indignabundi con  
iungerent. His curis anxius consul tandem periculoso consilium capit. Castra erāt  
apud Abduam amnē: pontemq; effecerat ulteriore fluuii ripā. Cenomanos igitur  
ad se uocatos quasi aliud acturus transire amnem iubet. Cum omnis eorum multitu  
do transisset: tunc flaminius pontem rescidit: ut nec sibi ne hosti se coniungere pos  
sent. Ipse copias quas domo eduxerat romanorū ac sociorū in aciem producit: po  
testatemq; dimicandi insubribus facit. Nec sane prudenter locū ad pñliū delegis  
se uidetur: Ita enim iuxta ripas aciem cōtinuit: ut si præmeretur ab hostibus nulla re  
ferendi pedes: aut se explicandi facultas esset: Vicit tamen eam pugnam. Flaminius  
temeritate magis: q; consilio fretus: Tantum enim militum robur: tantaq; tribunorū  
prouidentia in pñlio fuit. Ut errata ducis uirtute superarent. Cum enim structæ es  
sent acies: iamq; pugna iniretur tribuni militum acceptas a triariis hastas tradidere  
ante signarii: Id eo Cōsilio factum q; ex superioribus pñliis animaduerterant gal  
los primo impetu fortiter pugnare: postea uero confestim labescere. Ensesq; illorū  
unam dūtaxat. aut alteram plagam uehementem habere. Itaq; translatis in primam  
aciem hastis distinere: hostem iubent: donec prius ille ardor animi impetusq; reside  
ret quod & pculdubio euenerit. Nam cum antesignarii pectora gallorum oraq; ha  
stis ferirent. Galli in his præcidendis hastis primum impetum effuderunt. Tunc de  
mum romani abiectis hastis pedem pedi conferunt: et gladiis freti ora pectoraque  
gallorum crebris ictibus exhauriunt. In hunc modum superati Insubres post multā  
suorum cædem effusa fuga terga uertere. Flaminius autem magna captiuorum mul  
titudine: multisq; gallorum spoliis: insignem romam exercitū reduxit triūphauitq;  
Insubres tantis afflicti cladibus per legatos romam missos pacem a Senatu popu  
loq; romano petiere: quæ tamē illis negata est: Cōsulibus quibus iam ea prouincia  
euenerat legiones eo ducere properantibus. Insubres igitur desperata pace quasi ex  
tremum periculum adesset. rursus ad bellum se violentius cōpararunt: Nec suis fisi  
uitibus transalpinos gallos spe præmiorū pellectos foedere ac societate sibi cōiūxe  
runt: Ex his triginta armatorum milia alpes transiere: quæ cum mediolanum quod  
est in subrium caput peruenissent: domestici exercitus: magna multitudine illis adiū  
gūtur: Cōsules erāt. C. Cornelius: & M. Claudius Marcellus. hi copiis in subres du  
ctis Acerras urbē q; est iter padū & alpes obsidere. insubresq; ferre auxiliū obfessis  
negbant. Propterea q; media qdē loca ab ro. tenebātur: pte copiarū trāspadū missa  
Clastidiū oppidū sociorū populi ro. obsiderūt: rati ea difficultate: coactos ro. acer  
res obsidiōe soluturos. Eo igitur cōsilio clastidiū pñmebāt. Id cū in exercitu populi  
ro. nunciatum eēt: placuit ut alter Cōsul apud aceras cum legionibus maneret: alter  
cum parte copiarum clastidio opem ferret. Marcellus igitur cum equitatu: ac ex

Flaminij de i subrib. mit  
rin.

C. Flaminij triumphus

C. Cornelius & M. Claudius  
Marcellus coss.

*Viridomari et Marcelli  
singulare utramque*

*Viridomari uide*

*C cornelij de gallis nictor  
in*

*M. radolani captiuitas*

peditis fere copiis auxilium contendit: quē postq̄ trajecto pado aduentare galli intelleixerunt. Soluta confestim obsidione clastidii omnibus copiis cōtra marcellū p̄perarunt: structaq; acie in conspectu hostiū cōsistere. Ibi gallorū dux Viridomarus insigni profectus æquo: magnoq; ornatu ante signa processerat. Hūc Marcellus cōspiciens cū ducē esse illum haud dubiæ intelligeret. suos loco sistere iubet. Ipse ante uolans cōtra Viridomarū se offert: Nec Viridomarus detrectauit pugnā: sed ubi consulem ex purpureo sagulo esse cognouit Pulchrum & ipse ratus duci aduersus ducem: pugnam capescere impigre se ad certamen obtulit. Concurserunt medii iter duas acies: hinc romanis: illinc gallis. Euentū pugnæ suorum ducū solicite spectanti bus. Sed uirtute bellica lōge superior fuit Marcellus: Transfixumq; hasta gallū humili prostrauit. Romani equites uictoria sui ducis elati. Magno impetu gallos inuadunt: breuiq; dissipatos anteq; pedites supuenirent in fugam uertunt. Magna ps galiorum casu reliqui Capti. Multi præterea cū se ī padum præcipites mœtu hostium dedissent: Vorticibus absorti petiere. Marcellus arma cæso duci sagulumq; detraxit quæ postea opima spolia ioui consecrauit: Ea sunt quotiens dux exercitus populi romani: hostium ducē sua manu prælians occidit. quod in tātis populi romani certaminibus ter, dūtaxat omni ætate factum extat. Primum a Romulo Cenuinenium rege obtruncato. Deinde a Cornelio Cocco qui Cōsul lartē Tolūnium uehiētum regem pugnans interfecit. Tertium a M. Marcello Consule quod modo apud Clastidium factum retulimus. At galli qui apud acerras obsidebantur: Postq; superatos suos apud Clastidium audiuerē: fuga per noctē facta acerras deseruere. Cornelius igitur Consul post captas acerras Mediolano Copias admouit. Cum galli obuiam non prodirent Populato circum urbem agro: Copias reducebat. Iter facientē Galli pone assecuti extremum laceſſere agmen coepere. Multisq; imperfectis magnum terrorē ab ea parte iniecerant. Itaq; Cornelius cum legionibus conuersis pugnam cōseruit. In ea Pugna Galli a Cornelio superati profligatiq; cum nō in urbem Mediolanū: sed in proximos montes aufugissent. Consul re animaduersa: exultante adhuc ob uictoriā exercitu. Mediolanum petiit: nactusq; Urbem percuſsam moetu & defensoribus uacuam nullo negotio eam capit. Quo facto omnes Cisalpini galli penitus domiti in potestatem romani populi deuenere: qui mox agris multati regiōe tota præter admodum pauca loca excedere iussi sunt: Amen.

Polybii Historici megalopolitanī Liber tertius & Ultimus Finit.

Guarini Veronensis Paralelia ex Plutarcho in latinū cōuersa Fœliciter Incipiūt.

**G**VARINVS Veronensis ornatissimo viro Iacobo Lauagnolo sal. Cum te Polianū suauissime Iacobe: Me uero Polizeanus ager i p̄sentia teneat: nō indignari & temporis succensere acerbitali nō possum: quæ nostram interrupat cōsuetudinē & studiorū suavitate conditā: eam ut instauremus aliqua ex parte faciet crebra litterarū legatio: & mutua scriptorū nostrorū cōcursio: q̄bus ab sentes præsentes sumus: & ipsa oīno musarū nō mutescat humanitas. Et ut ocīū tuū uel meo exēplo iners perire nō finas: cuius rōnem fructumq; tibi reddere ac i partire Institui. Accipe breues clarorum hoīum inter se cōtētōes a Plutarcho nostro collectas: & a me nuper in latinum conuersas. In quibus facti nouitate mouebere q̄ tāta rerum gestarum q̄ sane dissimilimarum similitudo plerūq; dephensa est. Vt unica dūtaxat noīum iudicetur facta mutatio. Gratissima certe nobis hāc erit lucubratiuncula: si in eo tuo noi: & nostre familiaritatis memoriae dedicata fuerit. Cætera iuuentus hystoriarum capta dulcedine cōquiescit. et uehementer fuerit oblectata. Quas qdem ad res te ipsum & aī nobilitas inuitat: & aui tui splendor accēdit: q̄ ingenio: bonis artibus: sapientia: & uirtute insignis: nō modo familiam uestrā ornat. Sed etiam ciuitatem uniuersam. Sin noīs & uirtutis heres p̄clare facis. Cum per obseruata uestigia & exēpla domestica ad laudem: ad decus: ad dignitatē plenis anhe las gradibus. Vnde acceptā ab alio lucē dissemines & Veronā illustres. de ipso ali as. Plutarchum uel me in Plutarcho potius audi.

**C**mplurimi sunt qui uetustissimas hystorias ob rerum gestarum admirationē fictiones & fabulamēta esse existimēt. Quāobrē cum multa poste rioris t̄pis facinora: rebus romanæ ætatis similia obtigisse cōpererim ea ipsa delegi: & pr̄scis par nouum adieci: eorumq; noīa. q̄ litteris illa memoriae prodi derunt scripta subiunxi: De Dacho.

**P**ERSARVM Præfectus Dachus noīe cum trecētis milibus militū Marathonē q̄ in attica cāpus est irruimpens: cum ibi castra locasset indigenis bellum indixit. Quo circa spreta barbarorum multitudine. Athenienses quattuor creatis ducibus. Cynegiro. Polirelo. Calimacho: & Miltiade nouē militū milia eo mittunt. Collatis deinde signis cum Politelus quendam humanæ spē angu stiorem cōspexisset: cecus amissō uisu factus est. Calymachus cōplurimis transfixus hastilibus: q̄q uitam efflasset stetit. Cynegirus inuectam nauim detinens: utrāq; manum obtruncatur. De Hasdrubale.

**H**Asdrubal Capta Sicilia romanis bellum indixit. Senatus itaq; Metellum imperatorem creat: q̄ uictorem inde reportauit exercitum. In eo bello. L. Glaucus vir præcipua nobilitate: cum Hasdrubalis nauem detineret: utrāq; manum amisit. uti scriptum reliquit Aristides mylesius primo rerum sicularum: ab quo materiam Dionysius siculos accepit. De Xerse.

Erses bellum græciæ illatus cum quinq; myriadibus militum pœnes arthenium ancoras iecerat. Quare perturbati athenienses Temisthoclis fratrem Agesilaum noīe speculatorē miserū. tametsi pater Neocles eum utrāq; manum amississe per quietē uidisset. Is itaq; inter barbaros habitu persico cōstituens quendam ex xerxis stipatoribus noīe Mardonium interfecit. Existimauerat enim eum Xersem eē. Cum igitur a circūstātibus captus ligatus ad regem deductus

*Murinus*  
effet eum ad solis aram immolaturum ostendit. in qua dexteram imponens: cum ali  
quādiū uim suppliciorū ne ullo quidem omisso suspirio tollerasset: e uinculis libe-  
ratus est: hac a dicta uoce huius generis atheniēs uniuersi sunt: q̄ si fidem nō ha-  
bes. leuā quoq; iniitiā. Ea res cū xersi pauorē iculisset seruari agesilaum iparauit quē  
admodū in secūdo rerum persicarum Agutarchades samius tradit. De mutio.

*Orsenna*  
*p* Orsenna rerū tuscorum aduersus romanos bellaturus trāstyberim castra ha-  
bebat. Intercepta q̄ romā ferebatur annona eos famae urgebat. Éa ob rē cō-  
fusis patribus. Mutius ordinis. patricii homo: quadrungentos æquales a cō-  
sulibus accipiens fluuiū priuato triecit habitu. Vbi cum stipatorē quēdam necessaria  
ducis dispartientē uidisset porsennā ratus hominē occidit. ductus deinde ad re-  
gem dextrā igni manū imposuit: doloresq; aiose dissimulans ac ridens inquit. solu-  
tus sum tā et si nolis barbare: Nos quadrungētos eē scito: qui tuo in exercitu obuer-  
samur ut te neci tradamus. Tū rex terrore cōfectus pacem romanis fecit. Sicut quar-  
to hystoriarum Aristides Milesius memoriae mandauit.

*Othryades*  
*a* Argiuis ac lacedæmoniis de tyriace agro disceptantibus: Amphyc̄tiones ut  
utriq; pugnam cōmitterent iudicarunt. & uictori ager adiudicaretur. Itaq; la-  
cedæmonii othryadem argui autem hersandrū imperatores creāt. his deide pugnā-  
tibus duo ex argiuis Agenor & Cromius superstites uictoriā in urbē renunciant: p  
summā postea q̄etem othryades q̄ superuixerat semifractis innitens hastis. ex cæsis  
scuta corripiens tropheū erexit ex proprio inscribens cruore Ioui in cuius pote-  
state sunt trophea. de hinc orta utrinq; discordia. Amphyc̄tiones cū rei spectatores  
aduentassent palmā lacedæmoniis adiudicant. hæc ita gesta esse Chrisermus in ter-  
tio rerum peloponnesicarum commemorat.

*Dostonnius Albinus*  
*r* Omanī cōtra samnites bellum gerentes posthumū albinū faciunt q̄ ad cau-  
dinas furcas (ls enim angustissimus locus est) insidiis circūuentus tres legio-  
nes amisit. ipse etiam letali uulnere accepto occidit: nocte deinde concubia paulu-  
lum recepto spiritu raptis ex imperfectis hostibus clipeis tropheum erexit: tinctaq;  
cruore dextera titulum inscr̄psit. Romani de samnitibus ioui i cuius prāte sunt tro-  
pheia. Caius deinde cognomēto nepos. Impator eo missus cū ad locū aduentasset:  
uiso tropheo optimū cœpit auguriū & marte collato regē captū romā uector trā-  
milit. Vt tertio Italicarum rerum Aristides milesius scripsit. De leonida:

*Caius Nepos*  
*Lionidas*  
*p* Ersis in terram græciā cū myriadibus q̄ngentis aduentantibus: leonidas una  
cū quingentis a lacedæmoniis eo missus est: Et cū epularetur multitudo bar-  
barorum incūbit quos ut leonidas conspexit: prandete inquit cōmilitones tanquā  
apud inferos cenaturi. De hinc facto in barbarorum impetu multis confossus telis  
peruenit ad Xersem eiq; coronā abstulit. quo mortuo Xerxes cor eius excidens pi-  
losum inuenit. hæc Aristides primo rerum persicarum libro.

*Fabius Maximus*  
*r* Omanī bello quod contra poenos gerebant: quingentos duce Fabio maxi-  
mo miserunt: collatis manibus cunctos amisit. ipse mortifero accepto uulne-  
re: in hannibalem uehementi cursu concitatus ablato ei diadematē ppe eū  
oppetiit. Aristides milesius ita factum esse testis est. De cirea oppido.

*Anchurus*  
Irea celenum phrygiæ oppidū certe hyans cum aqua domos complures ip-  
sis cum mortalibus absorpsit in profundum. Midas rex oraculo monitus:  
ut res eo præciosissimas coniiceret: Ita enim futurum: ut terra coiret auro &  
argento iniecto nihil opus attulit. Anchurus regis filius cum nihil in uita humana

præciosius anima secum ipse tiersasset: datis genitori cōplexibus. & Cimothœa uxori equum ascendit. inq; hyantem locum cōcitatus est: postq; in unum terra rediit. Auream iouis aram eo in loco dedicauit. huius rei testis est. Callisthenes secundo metamorphoseon.

De Tybero.

Ybris per medium fluens forum ob iouis iram magno dirupto aggere: per multas demersit ædes. Accepto mox oraculo id desinere posse didicerunt: si præciosissimum quiddam illuc iniicerent. Cæteris aurū atq; argentū iniiciētibus. Curtius insignis adulescens cū præciosissimā hominis aiam intelligeret sese ī hyantem terram coiecit eques suosq; ex calamitate saluos reddidit. Aristides in.xi. Italicarum rerum refert.

De Amphyaraō.

Vm duces q polynicē secuti sunt cōuiuum agerēt. quædā aquila descendēs telū amphyarai in sublime tulit: moxq; dimisit: id aut humi fixū in laurū uer sum est. Quo in loco cū postride dimicarent Amphyaraus una cū curru ab sorptus est. Ibiq; oppidum hac etiam ætate uocatur arma. i. currus. Id apud Trisima chum tertio ædificiorum libro scriptum est.

De Valerio Torquato.

Omani aduersus pyrrhū epyrotarum regem bellum gerebant. Tum paulus Aemilius responsum accepit ex oraculo uictoriam reportaturū: si arā eo ī loco ædificaret. ubi insignem cum curru hoīem demersum aspiceret. Post tris demū dies. Valerius torquatus: Sic enim in somnis fuerat admonitus sumptis sacerdotis insignibus: nā angurali scientia præditus erat: educto exercitu & multis ante ab se imperfectis ab terra absortus est. Tum Aemilius structa ibidem ara uictor evasit: ex qua uictoria. C.lx. Turres gestantes elephantos romā misit. Quo autem tempore superatus est pyrrhus: ex ara ipsa æduntur oracula. Ita critolaus tertio rerum epyroticarum meminit.

De Hercule.

Ercules florenti ad huc ætate: regem Euboæ pyrrhechmen bellum boetiis inferētē uicit: uictūq; pulis eqnis ita aligauit: ut in duas dispartiretur partes: ī sepultusq; iaceret. Locus adhuc pyrrhechmus pulli uocatur. Est aut pœnes herraclium fluuiū: ubi potantibus equis hymnitus emittitur. quemadmodum tertio de fluminibus libro traditum est.

De Tullo hostilio.

Villus hostilius rex romanorum. cum Metio suffetio albanorum rege bellū habebat: in quo plūm sēpe numero distulit. Eoq; aliquando superato albani ad epulas sēle cōuertunt. Epulantes adorit. captumq; regē duobus alligans pulis discerpit. ut Mexarchus. iii. rerū italicarū auctor est.

De Philippo.

Hilippus cum methonē & olincū diripere cuperet: summis viribus Sandanum fluuium traiicere conabatur: qua in re Aster olyntus telum Philippo ī misit in oculū: his uerbis inscriptum. Aster philippo mortiferum mittit teum. Philippus ammiso oculo saluus ad suos rediens enat. hæc quidem Calisthenes tertio rerum macedonicarum tradit.

De Coelite.

Orsenna rex tuscorum bellum romanis inferens transyberim metatus est castra. ubi intercepta annona romanos famæ domabat. horatus Coles imperator creatus pontem sublicium occupat. Ut barbarorum copiis inhibe-

*Pausanias*  
ret. Cum autem a barbarorum multitidine præmeretur: militibus quos secum habebat ut pontem sublicium inciderent imperauit; quæ res transire uoletes tulcos prohibuit. Cūq; se in fluuium deiecisset oculum telo saucius enatauit ad suos. Hac quidem Theotimus secundo rerum italicarum refert.

#### De Pausania.

Erisis græciam discursionibus: ac p̄dis infestantibus. Pausanias lacedæmoniorum imperator: quinquaginta auri talēta ut spartam proderet a xerse accepit. Quod ubi depræhensum est pater Agesilaus usque auxiliariæ palæis templum filium insectatus: cocto latere ita templi fores obstruxit: ut eū inedia consumpsérit. Mater autem insepultum eiecit quemadmodum Chrisermus hystoriarum secundo refert.

*Crassus brutus*  
Ellum romanis aduersus latinos erat: in eo ducem. P. Decium creant. Quib; dam patricio genere. Carterum inops adulescens Crassus brutus nomine. di cta mercede portas aperire uolebat. Verum depræhensus ad auxiliariæ palæis templum confugit. Eius pater Cassius signifer: occlusis foribus necatum famæ iuuenem insepultum eiecit: quemadmodum Clytonymus in rerum italicarum libro nono tradit.

#### De Dario.

*Ariobarzanes*  
Arius rex persarum apud fluuium granicum: cum Alexandro confligens: ammisissatrapis & falcatis turribus duabus ac quingentis alterum prælium initurus erat. Ariobarzanes autem filius Alexandri. misericordia commotus patrem interficere pollicitus est. Quare indignatus Darius filio caput abscidit: Quod Arethaches. Suidius in tertio rerum macedonicarum testatur.

#### De Bruto.

*Brutus*  
Rutus electo torquinio superbo: cōsul una omnium uoce creatus. Ille enim imperiose nimis ac tyranice in regno uersabatur. Expulsus itaque sese recipit ad tulcos: quorum ope cum bellum romanis inferret. Filium brutum p̄dere uoluerunt. Qua ex re brutus nati caput abscidit Id Aristides milesius in rebus italicis testatur.

#### De Epaminonda.

*Sextusimbroto*  
Hebanorum dux Epaminondas aduersus lacedæmonios belligerabat. Instante igitur deligendorum magistratum die relicto in exercitu filio Stesimbroto: cum ei ne pugnaret imperasset uenit in patriam. Lacedæmonii ut absentem Epaminondam intelligunt adolescētem conuiciis: ut imbellem et effemiatum laceſſunt. At ille grauiter ferens paternorum inmemor præceptorum martem contulit: Victoria reportauit: Quod ubi pater accepit: indignatus corona imposta ceruicem secari iussit. sicuti in. iii. rerum thebanarum Cresiphon scribit.

#### De Manilio.

*Manilius*  
Omani bellum aduersus samnites habentes. Manilium cognomento impriosum Imperatorem creant. Qui postmodum cōmitiis consularibus profectus in urbem filio ne manum conserat imperat. Id ubi samnites perdidit tere iuuenem contumeliis adorti nihil pendunt. Quibus commotus adulescens fuso hoste uictoriā in castra rediit. Quare Manilius natum securi percuti iussit. Sicut Aristides milesius scribit.

### De Herculæ.

**H**ercules ab Iole connubio reiectus ezechiam dirrupuit. Iole sese e muro deiecit. Contigit ut eum uehemens uentus amictum quasi sinum in flasset illesa descenderit. Ita scriptum est. ab initia malecta.

**N**b bello quod cum trusco gerebatur ab romanis. Val. Torquatus imperator cum regis filiam clusiam nomine uidisset uxorem ab trusco petiit: quā minime consecutus oppidum dirrupit. Clusia sese e turri deiciens tumefactis uestibus uento Ita enim suggeste uenere: factum esse creditur sospes ad terram delata est. Eam cum postmodum imperator uiolasset. publico decreto refragāte nemine in corsicam in exilium missus est. ea est adiacens italiae insula Ita scriptum est a Teophilo libro. Italicarum rerum tertio.

### De Metello.

**P**oenis ac sicolis socia aduersus romanos arma parantibus. Metellus Imperator omnibus diis excepta duntaxat uesta sacrificium fecit. Quæ cum ad ueros classi uentos immisisset. C. Julius Vates eos cessatuos dixit: si Anā filiam immolasset. Ille urgentibus rebus filiam 'Metellam imolaturus adduxit. Dea uero adolescentem miserata. Bucculam supposuit puellamq; ad lanusium deferēs factoredem eius qui in eo loco colitur diaconis fecit. sic in tertio rerum italicarum a phyconide proditum est. Idem de Iphigenia in aulide boetiae factum est Meryllus primo boetiorum gestorum commemorat.

### De Brenone.

**B**rennus rex gallorum asiam diripiens cum ephesum aduentasset plebeiam virginem adamauit. quæ & concubitum & ephesi proditionem pollicita est si mundum si muliebrem & manuum ornamenta traderet. Orans igitur milites ut in auarissimæ virginis sinum aurum quod gestabant immiterent. fecit ut sub magna ui auri iuuenis obrueretur. sicuti primo rerum gallicarum. Ditaphorus scriptum reliquit.

### De Tarpeia Virgine

**T**omanis bellum contra Albanos gerentibus Tarpeia uirgo nobilis captioli custos: sese in tarpeium collem aditum tradituram esse pmisit: si quæ ornatus gratia ferebant monilia mercedis loco sibi tradidissent. Id ubi de creuerunt uiuentem obruerunt. Sic Aristides Milesius in libro rerum italicarum factum affirmat.

**E**geatae ac pheneatae cum diutino sese bello afflixissent demum se uti pro summa rei tergemini fratres prælium inituri utrumq; mitterentur decernūt.

Itaq; tegeatae rheximachi filios pheneatae uero demonstranti promiserūt. Collato marte duo ex rheximachi liberis interfecti. tertius nomine Critolaus duos militari quædam astutia superauit: Nam cū fugam simularet insectantes singulatim occidit. Eius aduētu cum populus uniuersos gratularetur. sola quidē soror de hoc modicam coepit loetitiam: perierat namq; in eo prælio sponsus ipsius demotichus. Quo indignatus Critolaus sororem interfecit: qui cum homicidiū arcferetur matris interuentu a criminе liber euasit: hæc quidem demaratus rerum archadicarum libro tradit.

### De Curiatiis & oratiis.

**E**lligerantibus aduersus albanos romanis tergemini delecti propugnatores. Ex albanis quidem Curiatii. Ex romanis autem horatii Collato marte Curiatii ex aduersariis interficiūt. qui superstes erat: simulatae fugæ auxilio

ius insectantes singulos necat. Quae uictoria cum omnibus luctiam attulisset so-  
la quidem soror minime congratulata est. Horatio. Is enim curiatū eius sponsum ne-  
ci dederat: quo circa sororem occidit. Reus deinde telis factus: patris absolutus est.  
**H**ec Aristides Milesius in Italicarum rerum libro.

*Ulmus*  
**V**m in illo Mineruæ templum arderet. Ilius cursu cōcitus: demissum cālo  
paladium eripuit: statimque oculis captus est. Haud enim mortalium lumi-  
ne cerni licet: postmodum placata ira dæ pristinum recuperauit aspectum  
**V**t decyllus in ædificiorum libro refert.

#### De Metello.

*Merrillus*  
**E**tellus homo patricius suburbanum suum petēs: cum cedentes se inuicem:  
**m** alias coruos uedisset: augurum religione detentus romam reuertit. Vbi ue-  
stæ templum incensum conspicatus paladium eripuit. statimque oculis ca-  
ptus est. Postmodum dæ ira placata uisum reparauit. Ut refert Aristides Myle-  
sius in rerum Italicarum libro.

*Cedrus*  
**N**e o bello quod aduersus athenienses thraces gerebant datum est eis ora-  
**i** culum se se uictores fore: modo a codri cede abstineret. Codrus autem sum-  
pto mendici habitu falcem tenens peruenit ad hostes: ubi cum quendam  
mactasset ab altero interficitur. quæ res atheniensibus uictoriā reportauit. huius  
rei auctor est Socrates libro de thracibus secundo.

#### De Pulbio Decio.

*P. Scymnus*  
**V**blius decius contra albanos belligerans in somnis monitus est: se romanis  
**p** adepturum: si mortem oppeteret: medios igitur hostes irrū-  
pens: hastas cum multos leto dedisset: inrerficitur. Itidem filius decius i bel-  
lo gallico pro salute publica occisus est. huius rei auctor est Aristydes mylesius.

#### De Cyanippo.

*Cyanippus*  
**Y**anippus natione syracusanus soli bacho sacra facere: neglexit. Iratus deus  
**c** obrietatem incussit: quæ tanta extitit ut occurrentem in tenebris filiam cya-  
nem: q̄q̄ reluctantem uiolarit. Ea uero anulum surripiens nutrici cōmenda-  
uit. Ut uiolatoris indicium esset. Postmodum cum pestilentia urbem inuasisset: ex  
pythio delatum ē oraculum. Ut impietatis auctor liberatoribus diis immolaretur.  
Ignorantibus cunctis quid portenderet oraculum. Conscia rerum cyane tractum ca-  
pillis patrem mactauit seq; super eum necaturum iniecit. Ita factum esse Dositheus  
scribit tertio rerum sicularum.

#### De Armitio.

*Armitius*  
**V**m bachanalia romæ fierent: Armitius a natuitate hydropitor dei uires  
flocifaciens. Illius ira ebrietate captus filiam medulinam corruptit. obscuro  
quodam in loco. Ea uero dempto uiolatori anulo parentem agnouit: cum  
maior annis facta esset intellecto flagitio patrem inebriat: & coronatum ad fulgu-  
ris aram ducit. ibique fusis lachrymis uirginitatis insidiatorem mactauit. Ita factum  
scribit Aristides tertio rerum italicarum.

#### De Erectheo

*Erectheus*  
**R**ectheus bellum cum Euinloquio faciens accepto responso se se uictore  
futurum didicit: si filiam uictimam diis faceret: quare uxori praxithæ com-  
municata: puellam cecidit cuius rei Euripides in Erectheo meminit.

### De Dario

Arius cymbrico bello profligatus in somno præmonitus est: uictoriam daturam  
cōfēctaturum: si prius diis uictimam filiam Calphurniam nomine faceret:  
Patriæ igitur caritati natura postposita eo facto uictoriam comparauit.  
Duæ adhuc hisce temporibus in germania aræ sunt quæ uictoriae tempore: tubarū clangorem ædunt: cuius rei Dorotheus tertio rerum italicarum meminit.

### De Cyanippo

Yanippus natione Thesalus frequentissime uenatum ire consueuerat. No  
ta uero nupta ob magnam in filiis consuetudinem alterius mulieris cō-  
cubitum suspicata euntem Cyanippium pedetentim subsecuta est. Cumq;  
inter densa delituisse arbusta: rerum præstolabatur euentum. At ramis forte cōmo-  
tis feram adesse canes suspicentes impetu facto amantissimam uiri puellam ut bru-  
tum animal dilaniarunt. Id uero insperatum adeo facinus cum Cyanippius inspexis-  
set mortem sibi consciuit: hæc Parthenius poeta.

### De Emilio

Pud sypharim italicæ oppidum: spectate uenustatis adulescens Emilius  
erat mirum immodum uenandi studiosus. Vxor autem nouella cum in al-  
terius puellæ complexus ipsum ire opinaretur in saltus egressa delitesce-  
bat. Conquassatis autem arbusculis canes accursant & ut feram discerpsunt adole-  
scens se se ipse interfecit: Hæc Dythonimus secundo rerum sybariticarum:

### De Myrra Cyniræ filia

Yrra Cyniræ filia: ob iram ueneris patris amore capta amoris uim nutrici  
detexit. Ea dominum fraudibus induxit. Vicinam enim quandam virginem  
ipsius amoribus incensam esse inquit. Cæterum uerecundia palam acce-  
dere non audere. Quocirca Cyniras clandestinos habebat congressus: Olim autem  
quæ nam ea foret amasiola discere concupiscens quæsito lumine cum eam uidisset  
accepto ense procacissimam infectatur: at ea ueneris miseratione in sui nominis ar-  
borem mutata est: ut Theodorus in libro Metamorphoseon ait.

### De Valeria

Aleria tusulanaria ob iram ueneris. Valerium patrem deperibat remque  
nutrici communicat. quæ dolis subiens herum. puellam quandam ex uici-  
nis cum adamare inquit. quæ aspectum eius apertumque concubitum ue-  
reatur. Aliquando pater postmodum debacchatus lumen petiit. nutrix uero præue-  
niens fugiensque se se precipitauit. filia quoque inde euadens peperit siluanum quæ  
græci Eginpanem uocant. Pater quoq; Valerius dolore affectus se se dedit in præci-  
pitum ut Aristides Milesius tertio rerum italicarum ait.

### De Diomede

Irrepta Troia Diomedes in libiam potestate deiectus est: ubi Lycus rex  
hospites marti patri immolare consueuerat. Calluce uero filia illius amo-  
re capta patrem prodidit Diomedemq; e uinculis saluum emisit. At illæ  
spreto salutis auctore enauigat. Ea uitam Laqueo finit: id Iubas rerum affricanarū  
libro tertio scriptum reliquit.



### De Calphurnio Crasso.

Calphurnius Crassus

c Alphurnius Crassus patricii generis homo: in expeditione reguli socius  
in masilios: ut munitissimum castellum gatecum dirriperet missus est: ubi  
in hostium potestatem redactus saturno immolandus destinatur: Balsa-  
cia regis filia iuuenem adamatum patris a se proditi uictorem fecit. Eo autem retro  
abeunte puella sibi ferro uigulum trasuerberat. Ita Hesianus tertio rerum libycarum  
scriptum reliquit. De Priamo.

Polidorus

p Riamus filium polidorum cum magno auri pondere ad generum poly-  
mestorem thraciæ regem emisit. Hic autem cum capiundæ: ac diripiendæ  
urbis periculum instaret: necato pueru aurum sibi adjudicat: quæ quidem  
in loca cum aduertasset heccuba: accitum uersutiis atq; artibus polymestorem quasi  
aurum homini cōmendatura suis & captiuarum manibus occecauit: hæc apud Eu-  
ripidem tragedum scripta copieries. De Ruscio.

Ruscus

f Poliante Campanos Hánibale. L. Imbricus filium Ruscum magnis cum  
pecuniis pœnes Valerium bestium eius generum depositum. Tandem cum  
in manus uictoris Capuam peruenisse accepisset: Campanus ille auaricia  
stimulante: naturæ iura transgressus: adolescentulum mactat: Postea cū imbricus p  
suburbanum de ambularet filii cadauer offendit. Quo circa accitum generū ut oc-  
cultos a se thesauros perdisceret efoſſis oculis cruci affixit: hoc apud Aristidē ter-  
tio rerum italicarum inuenitur. De Eaco,

Eaco

e Acus filium ex Psamata phœcum nomine habebat: quem mirifice dilige-  
bat. In eum Telamon cum simultatem gerebat uenatum educebat. Com-  
parente deinde apro Telamon misso in eum uenabulo confudit ob eius  
cedem a patre in exiliū missum scribit. Teodorus primo Metamorphoseon.

Maximus

m Aximus duos habuit filios Simulū: & Rhesum ex quibus Rhesum Ame-  
ria enixa erat: hic interuenandum sponte occiso fratre demum reuersus  
fortuitum fuisse euentum inquit. Quod consilio perpetrat: pater ubi fa-  
cti ueritatem agnouit: filium fecisse extorem. Arystides tertio rerum italicarum scri-  
bit. De Deolo

Macharius

d Eolus rex tufcorum ex amphitecta filias sex & mares totidem suscepit.  
Matartus omnium ætate minimus unius amore incensus eam uiolauit: qua  
ex re conceptus infans rem prodidit: Pater itaq; filiae mittit ensem: quo ac-  
cepto ea rem flagitosam intelligens necem sibi consciuit: idemq; paulopost macha-  
reus fecit: Huius rei testis est. Sostratus secundo rerum tufcanicarum.

Papirius

p Apirius uolucr ducta in matrimonium Julia pulchra sex liberos totidēq;  
fœminini sexus filias ex ea genuit. Ex his qui natu maior erat Papirius ro-  
manus nomine: canuliam nomine sororem adamatam grauidam fecit. Id  
ubi pater intellexit filiae misit ensem quo se puella trasuerberans exiuit ex uita. Idem  
romanus factitauit: Huius facti testis est Chrisippus primo rerum italicarum.

Ariston

a Riston Aristonymus ephesus demonstrati filius genus muliebre pero-  
sus: cuidam se immiscuit asinæ que suo deinde tempore puellam specia-

honestissimam peperit: Cui onoseli nomen fuit: hæc Aristides secundo mirabile tradit.

#### De Tullio Stellio

Vllius stellus mulierum odio equæ sese immiscerunt: quæ deinde formosam admodum peperit puellam & tempestive quidem Eponam appellarunt.

Hoc Agesilaus tertio rerum italicarum tradit.

#### De Sardianis

Ardiani synirneis belligerantes castris circa moenia positis legatos mit-

tunt: se non ante discessuros: q[uod] uxores ad coitum concessissent. Cum igitur synirnei magnum ex nece itate probrū perpessuri forent. Ancilla quædam honesta facie ad herum phylarcum accurens: Mitte inquit ancillas ornatu liberali quo facto earum defatigati coitu capti sunt. Quamobrem etiam hoc tempore apud synirneos festum dioni agitant: quem liberalem vocant: in quo ancillæ dominarum ornamenta gestant: quemadmodum Dositheus tertio rerum lidicarū perhibet.

#### De Atepomarus

Tepomarus gallorum regulus romanis belligerans: non ante secessurum inquit q[uod] coniuges suas ad coitum exposuissent. Ceterum consilio ancillarum seruas mittentes ut barbaros, lassos in credibili: sopore captos accipiunt erumpentes in gallos uictoriam reportarūt. Retana siquidem hæc enim cōsilii autor extitit: per caprificum muros ascēdens consulibus signum dederat. Ex eo autem facto dies festus institutus ancillarum appellatur ut peribet Aristides Milesius primo rerum italicarum.

#### De Bello Atheniensium contra Eumolpum.

Tenientes bellum contra Eumolpum gerebant. Cum autem annonæ futura inopia uideretur: Pyrander quæstor Urbanus triticum parce suppeditans largitionem surripiebat. Populus igitur eum in prodigionis suspicionem deuocatum laxis obruerunt: sicuti rerum thratiæ tertio Calisthenes cōmemorat.

#### De Cynna

Vm aduersus gallos romani bellum gererent annonæq[ue] caritas inualesce-

cit. Cynna tritici largitionem surripiens regnum affectasse creditur: quo circa laxis obrutus est. Sicuti tertio rerum italicarum Aristides commemorat.

#### De Pisistrato.

b Ello peloponensiaco pisistratus orthomemorum rex: cum nobilitatem odio infectaretur: plebis studiosus erat: quare in senatu eum necare decreuerunt: discerptum igitur intra sinus condunt: ac solus emundat: plebeia de hinc multitudine cōcepta suspicione in curiam aduolat. Regis filius aetate minor nomine Cleismachus conscius conspiracys ex curia turbam retraxit: Patrem enim supra mortalem speciem ad piseum montem magna uelocitate deferri cōmentus est. Eaq[ue] fraude plebem adduxit: hæc in secundo rerum peloponesicarū a Theophilo memoriae prodita sunt.

*Romulus*

### De Romulo

Enatus finitimiis bellis implicitus consuetā annone largitionē plebi subtrahit. Romulus indignatus plebi restituit: cōpluris ex primoribus supplicio afficiēs. Hi postmodū in senatu minimū obtrūcatū intra sinū cōdūt: plebs igitur cum facibus ad curiā discursans ab Tito proclo reuocata est: cum eius orationi fides habuisset. Is enim primarius in ciuitate uir se romulū in monte aspexisse dixit: q̄ humana angustior forma diuinitatē assecutus erat: hoc secundo rerum italica rum ab Oristobolo memoriae prodita sunt.

### De Pelope

*Cryippus*

Elops tantali & Eurianassae filius ducta in matrimoniu hippodamia duos ex ea liberos suscepit. Atreū & thiestē: ex danyde puella cryippū: hunc longe magis q̄ legitimos carum habebat pelops: Hūc aliquādo laius thebanus adamatum rapuit. Quo circa captus a thieste & atreo: laius benigne a pelope tractatus est: q̄ filiū amoris cā corripuerat: hyppodamia thiestē atreūq; īducere conabatur: ut hi Crisippū pinde ac regnū insidiis appeteret mactarēt: qbus negati bus hippodamia manus cede cōtaminat. Multa enī nocte sopito laio educto eius ense chrisippū cōsauiat gladiūq; cōfigit: quo deuocatus in suspitione laius ab chrisippo semiuiuo qdē & uera fatēti ex piculo liberatus pelops: eo sepulturæ mādato hippodamiā fecit extorē: uelut apud Dophiteum in pelopidarum libro scribūtur.

### De Hebio.

*Firmus*

**H**ebius ex uxore nuceria duos creauit filios cum spectata pulchritudine firmū noīe ex libera haberet: quē supra legitimos: pater diligebat. Nuceria ī priuignū maligno cōmota odio in eius necō filios incēdebāt. Quod cum hi p̄ pie- ratē abnuerent ea cedem perpetrat: Multa enim nocte surrepto a stipatore gladio dormiētem adolescentem lātali uulnere adoritur: relicto ibidē ense stipatori cedis suspicio iniecta est. Iuuenis autem prodita ueritate hoīem saluum reddit: tum pater humato filio mulierem in exilium eiicit: uelut apud Dositheum tertio rerum italicarum scribitur.

### De Theseo

*Hypolitus*

**T**heseus uerus neptuni filius cū ex amazone Hypolita filiū haberet Hypopolitum nouercā subiduxit phedram minois regis filiā: quæ pugni amore affecta conciliatricem misit nutricem. Ille uero relictis athenis crozena pfectus uenationibus omne tēpus cōsumebat: p̄cacissima foemina uoti compos mīnime facta contra pudicissimum adolescentem comenticias conficit litteras cum laqueo uitam finit. Re credita Theseus ex neptuno filio necē exorat. Id enim erat ex paternis uotis tertium: de hinc cum in littore obuersaretur taurus īmissus a patre equos adeo reddidit attonitos ut hypopolitum discerpserint.

### De Pomminio.

*Pomminius*

**O**mmīnius frater laurētinus cum ex Egeria nymphā filiū cōminium haberet: ḡidicā nouercā sup̄ induxit: quæ cum pugnum depiret ab eo reiecta su spēndio sibi spiritum intercepit. Confectis a se prius relictis epistolis. Cōminius perlectis calumniis fidem ob mulieris amorem adhibēs: inde uectum incurru filium neptunum inuocat. Is autem taurum equis ostentat qui terrore cōcussi iuuenem distractum interemerunt. Dositheus tertio rerum italicarum auctor est.

### De Pestilentia lacedæmonis

**c** Vm pestilètiam lacedæmoné uexaret ex apoline relatum est oraculū finem  
mali fore si quotānis generosam quāpiā uirginem imolaret: dum sors hele  
næ obtigisset: & ducta esset ad aram aquila quædā subito uolatu descēdens corre  
ptum ensem ad aram ea detulit: & supra iuuencā posuit. Quæ res a uirginis cede ut  
obstineretur cā fuit. Ita factū Aristodomus ait tertio collectarum fabularum.

### De Peste Valeriorum.

**p** Estis Valerios inuaserat: qbus ex oraculo cōmonefactis cessaturū id malū: si  
quotannis Iunoni uirginē imolarent: eadē semp religione manente in sorte  
eocata Valeria lupca:ensem corripuit & iposita foco uirgula cum maleo ensem Iu  
uenca penes tēplum pasceti iposuit. Virgo igitur re intellecta imolata iuuencia ma  
leum arripuit: domūq; & egrotos circumlustrás parcēt ictu feriebat: cūq; unicuiq;  
uale dixisset eos suscitasset incolumes. Quo circha & hoc tēpore misterium illud  
fieri constat: ita factum Aristides. xix. rerum italicarum ait. De Philonomia

Hilonomia Victimi & Archadæ filia: cum in uenationibus uersaretur: icidit **Philonomia**  
**p** q sumpta pastoris forma grauidā mulierē fecit. Ea uero gemellos enixa pa  
tris metu in erymātum eiecit infantes: q deorū puidētia illesī delati ad cauā  
quādā quercū aguntur: ubi cū lupa qdā haberet p̄priis abiectis influētum catulis i  
fantibus ubera p̄buit: qdē tilyppus pastor cōspicatus susceptos educavit ut su  
os. Alterū qdē lycastū: alterū uero partusū appellās: Hi deinde archadiæ regnum suc  
cessione cōsecuti sunt. Quorum auctor est Zopirus biratius tertio historiarū.

### De Amulio

Mulius in fratrē Numitorē tyrānicæ affectus: filium enicirū cum i uenatiōe **Al. ulius**  
**a** occidisset: filiāq; illā Siluam iunoni dedicauit: grauidaq; ex marte facta ge  
mellos edidit. Re postmodū tyrāno patefacta is sollicitus utrūq; in tyberis  
ripa demergēdum abiectus. Hi casu ad locum quēpiā deferunt: ubi nuper lupa partū  
ediderat: quæ p̄prios abiiciēs catulos ifantes educavit. Id faustulus pastor cōspica  
tus puellos enutriuit. Alterum quidem rhenum: alterum uero Romulum appella  
tus: qui postea romam condiderunt quorum auctor est Aristides milesius in rerum  
italicarum libro. De Illio

Llio capta Agamemnō una cū cassandra maestati sunt: filius horestes apud **Illyris**  
**i** strophium enutritus: postea patris interfectores supplicio affecit: ut a pi  
randro quo peloponēsicarum scriptum est. De Fabio Fabriciano.  
Abius fabricianus ex magni illius fabii genere capto tuscio ea est primaria  
**f** iter samnites ciuitas uictoriosam uenerem quæ summo apud illos cultu **ha**  
bebatur. Romam missa. Huius uxor cum speciolissimo adulescentulo noīe  
Petronio ualentino adulterium cōmittebat. Quo circha redeūtem uirum dolore  
obtrūcat. Fabia uero fabricanum fratrem infantem adhuc exurgēti liberatum peri  
culo clam misit alendū. At ille cum ad ætatis uigorem peruenisset matrem & adul  
terum obtrūcat. Senatus ne res illa fabriciano fraudi esset decreuit: ut ab Dositheo  
tertio rerum italicarum scriptum est. De Busire

Vsiris ex Neptuno & Anippa creatus aduenas ficta quadam hospitalita **Bnsiris**  
**b** te mactatos imolabat: occisorum tandem ultio ob deorum iram in auctore  
rediit. Hercules enim cum claua ad ortus interemit: ut agathon Samius

**eadit:**

*Fannus*

De Hercule

**h** Ercules cū Gerionis boues p italiā duceret: a fauno rege suscep̄tus ē ho  
spitio: q mercurio natus: patri hospites īmolabat. Is igitur herculē inua-  
dens interēptus est: ut tradidit Dercillus tertio rerum italicarum. De Phalaride.

**P** Halaris īpius agrigētinorum tyrānus aduentantes ad se hospites suppli-  
cio afficere & torquere solebat. Tertius ī laborādo ære faber egregius  
uacham ex ære construxit: quā ad concremandos in ea hospites tyrāno  
donaret. At phalaris dumtaxat pro tēpore iustus factus in eā cōiecit artificem quā  
quotiens inclusus gemitum æderet mugitum. De Aruntio

**E**gesta siciliæ oppidum est: ubi Emilius censorinus crudelissimus tyran-  
nus erat: hic si quis noua quædam tormenta: & inusitatum cruciandi ge-  
nus extruxisset: præcipuis muneribus persequebatur. Quidam igitur arū  
tius paterculus nomine: æquum ex ære fabricatum: ut in eo ex cruciandos iniiceret  
Emilio donat. Ille autem tum deniq; ad equitatis cogitationem conuersus muneris  
auctorem primum intrusit: ut quā cæteris poenam excogitarat: ipsæ subiret patere-  
turq;. De hinc eū ex tarpeio monte deiecit: qui seu gerunt iperia ab eo cognomi-  
nati dicuntur Emili. Ita quarto rerum italicarum apud Aristidem scriptū repertus.

**V**enus martis & stropæ filius ex Alcippa onomai filia in uxorem ducta  
**c** marpissam suscep̄t filiam: quā uirginem accurate seruabat. Cæterū apha-  
retus uifam ex chorea rapuit: Pater autē fugientem inseguens cū præhen-  
dere nō posset in lycorimā fluuium se p̄cipitatuit: pro ut primo rerum italicarum  
Dositheus refert. De Annio


**A**nnius vīt  
**E**x tuscorum Annus egregia forma filiā habuit saliā noīe: quā uirginem  
**r** custodia p̄cipua tenebat. Catheus nobilissimus adolescēs: cum aliquādo  
colludētem puellā aspexisset adamauit: utq; uim amoris continere nō pos-  
set raptā filiam romā deduxit: Pater insequēs eū raptorē: phendere non ualet parē  
sium insiliens fluuium ei nomen dedit. Annione enim postmodum appellatum cō-  
stat. Catheus deinde ex salia latricum creauit: & salium a qbus nobilissimum ortae  
sunt familiae: prout Aristides mylesius & Alexander polystor tertio rerum italicarū  
tradunt. De Hegesistrato


**H** Egēsistratus ephesus ob tribulis sui cedem exul delphos pueniens quē  
nam locum incoleret deum cōsuluit: Cui phœbus respondit ubi saltātes  
uideret rusticos oleaginis coronis ornatos. Itaq; pfectus in asiam agrico-  
las eleas. i. oleæ ramis coronatos saltare cernit: ubi condita urbe cleontem uocauit  
ut Pythodes samius tertio georgicorum reliquit. De telogone.

**E**logonus ulissis & Circæ filius ad inuestigādū: patrē admissus deorū re-  
**sponsis cōmonefactus est: ut in eo loco urbē conderet: ubi saltātes cū co-  
ronis colonos cerneret. Itaq; pfectus in itacā: quodā loco summa cum hu-  
manitate rusticos saltare conspergit: primi ramulis coronatos ubi ædificatū oppidū  
ex p̄dictæ sibi coronæ appellatione pristinum noīauit: a quo declinatum prenestē  
romani uocitant: ut Aristides tertio rerum italicarum scriptum reliquit.**


Plutarchi Paralelia Quædam Finiuntur.  
Impressum Brixiae per Iacobum Britanicum die uigesimo quarto octo-  
bris. M. cccclxxxviii.











Fol.

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.577

Sig. Mac

6-101

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961198

DE  
NAC  
IN  
PE